

nōne om̄ibus miseris aqua & igni interdixerat? Potius est, inquit, intra fines regni mei, & literas istas oculis inscribendas, durissima fronte circumferri. Ostende q̄ sacra res sit mensa hospitalis. Præbe in facie tua legendum istud decretum, quo cauetur, ne miseros tecto iuuare capitale sit. Magis ista cōstitutio sit rata, q̄ si etiā illam in aīcēdīsem.

Vare ergo Zeno noster, cum quingentos denarios mutuos cuiam promisisset, & ipse illum parum idoneum comperisset, amicis suadētibus ne daret, perleuerauit credere? Quia p̄misiter p̄mitum. Alia conditio est in credito, alia in beneficio. Pecunia etiam mala creditæ exactio est. Et appellare debet torem ad diem possum, & si foro celerit, portionē feram. Beneficiū & totū perit, & statim. Praterea hoc malī uiri est, illud malī patrissimilis. Deinde nec Zeno quidē, si maior fuisset summa, credere p̄seuerasset. Quingenti denarij sunt, illud (quod dici solet) in morbo consumat, fuit tanti non reuocare promissum sum. Ad coram quia promisi ibo, etiam si frigus erit, non quidem si frigus cadent. Surgam ad sponsaliam, quia promisi, quāvis non concoxerim, sed non si febricitauerō, ad sponsū descendā quia p̄misisti, sed non si pondere mē incertum uidebis, si fisco obligabis, subest in qua tacta exceptio, si potero si debebo. Si hāc ita erunt, effice ut idem status sit, cum exigitur, qui fuit cum promittere. Destituere leuitas non erit si aliquid interuenient noui. Quid miraris cum conditio promittentis mutata, mutatum esse consilium? Eadem mīhi omnia presta, & idem sum. Vadimonium promittimus, tamen deseritur. Non in om̄es datuſ actio. Deserentem uis major exculat.

I Dem etiam illa in questione responsum existima, an om̄imodo referenda sit gratia, & an beneficium utiq̄ reddendum sit, animū p̄stare gratum debeo. Ceterum aliquando me referre gratiam non patitur mea infelicitas. Aliquot felicitas eius cui debedo. Quid em regi, quid pauperi, quid diuīti reddam? utiq̄ quidam recipere beneficium iniuriam iudicent, & beneficia subinde alijs beneficij ostendent. Quid amplius in horum personam possum q̄ uelle? Nec ideo enim beneficium nouum reiūcere debedo, quia nondum prius reddidi. Accipiam tam libenter q̄ dabitur, & præbebo me amico meo exercenda bonitas sua capacem materiā. Qui noua acciō pere non uult, acceptis offenditur. Non refero gratiam. Quid ad rem? non est per me mora, si aut occasio mihi defit, aut facultas, ille p̄ststit mihi, nempe cum occasione habet, cum facultatem. Referit utrum bonus uir est, an malus. Apud bonū uirū, bona causa habeo. Apud malum non ago. Nec illud quidem existimo faciendū, ut referre gratiam, etiam inuitis his quibus refertur, properemus, & instemus cedentibus. Non est referre gratiam, quod uolens acceperis nolent redire. Quidam cum aliquod illis missum est manusculū, subinde aliud intempestive remittunt, & nihil se debere testantur. Reiciendi sunt, pignus est protinus aliud inuicē mittere, & munus munere expungere. Aliquid & non redditū beneficium cum possum, quādo plus mihi detracurus ero, q̄ illi collaturus, si ille non erit sensurus ullam accessionem recepto eo, quo redditū mihi multū accessurum erit. Qui festinat utiq̄ reddere, nō habet animū grati hoīs, sed debitoris. Et ut breuiter dicā, q̄ nimis cito cupit soluere, iuitus debet, q̄ inuitus debet, ingratis est.

Quarti libri de Beneficij finis

LVCII ANNEI SENECAE DE BENEFICIIS LIBER QVINTVS.

JN prioribus libris uidebar consummisse p̄positum, cū tractassem quēadī modū dandum esset beneficium, & quēadīmodum accipendum. H̄i enim sunt hui⁹ officiū fines. Quid ultra moror? nō seruo materiae, sed indulgeo, quā quo ducit sequenda est, nō quo inuitat. Subinde em nascetur, quo la-cessat aliqua dulcedine animū, magis non superuacuū q̄ necessariū. Verū quia ita uis, perseueremus, peractis quā rent continebant, scrutari etiam ea, quā sunt his cōnexa, uerū nō coherentia, quā quisquis diligenter īspicit, nec facit operā precium nec tamē perdit operam. Tibi autem hominū natura optimo, & ad beneficia propenſo Liberalis Eburti, nulla eorum laudatio satifacit. Neminem unq̄ uidi tam benignum, etiam leuissimorū officiorū estimatore. Tam bonitas tua eo usq̄ plapla est, ut tibi dari putes beneficū, qđ ulli datur. Paratus es, ne quē beneficij peniteat, p̄ ingratīs depende te. Ipse usq̄

Ast. expun-
gero.

re. Ipse usq̄ eo abes ab om̄i iactatione, usq̄ eo statim exonerare cupis quos obligas, ut quicquid in aliquo confers, uelis uideri non p̄stare, sed reddere. Ideoq̄ plenus ad te sī data reuertuntur. Nam fera sequuntur beneficia non reposcentem. Et ut gloria fugientes magis ac magis sequitur, ita fructus beneficiorū gratius responderet illis, per quos etiam esse ingratis licer. Per te uero nō est mora, quo minus beneficia qui acceperunt, ultro repeatant. Nec recusabis conferre alia, & suspensis dissimulatiq̄ plura ac maiora adjicere. Propositum optimi uiri, & ingentis animi est, tam diu ferre ingratis, donec feceris gratum. Nec te ista ratio decipit. Succumbunt uitia uitritibus, illa cum cito odiſse p̄parauerit.

Tllud utiq̄ unice tibi placet, uelut magnifice dictum. Turpe est beneficij uincit, quod an sit uerum, non imērito queri solet, longeq̄ aliud est, q̄ mente concipis.

Nunq̄ enim in rerum honestatū certamine superari turpe est, dummodo arma non projicias, & uictus quoq̄ uelis uincere. Non omnes ad bonum propositum easdem afferunt uires, easdem facultates, eandem fortunā, qua optimorū quoq̄ consiliorum dumtaxat exitus temperat. Voluntas ipsa rectum perens laudanda est, etiam si illā aliis gradu uelociorī antecedit. Non ut in certaminibus ad spectaculū aditū meliorē palma declarat (quaq̄ in illis quoq̄ sape deteriore pratulit casus) ubi de officio agitur, quod uterq; a sua parte esse q̄ plenissime cupit, si alter plus potuit, & ad manū habuit materiā sufficientem animo suo, si illi quantū conatus est, fortuna p̄misit. Alter autem uoluntate (parum est) etiam si minora q̄ accepit reddidit, aut omnia nō redidit sed uult reddere ex toto, in hoc intentus est animo, in hoc uictus est, tanq̄ qui in armis moritur, quem occidere facilius hostis potuit, q̄ auertere. Quod ipse existimas, id accidere uero bono non potest, ut uincatur. Nunq̄ enim succumbet, nunq̄ renunciabit, ad ultimum usq̄ diem uitæ stabit paratus, & in hac statione morietur. Magna se acceperisse p̄se ferens, paria uoluisse.

MAcdeonij uelant suos pancratios cestu decernere, ibi inferorem ostendit uicti confessio. Cursor metam prior contingit, uelocitate illum nō animo an/tecessit. Luctator ter abiectus perdidit palnam, non tradidit. Cum inuictos esse lacedemonij ciues suos magno astimarent, ab his certaminibus remo/uerunt, in quibus uictorem facit non iudex, nec per se ipse exitus, sed vox cedentis, & trahere iubent. Hoc quod illi in ciuibus suis custodiunt, uirtus ac bona uoluntas om̄i bus p̄fret, ne unq̄ uincatur. Quoniamquidem etiam inter superantia animus inuiciū est. Ideo nemo, CCC. Fabios uictos dicit, sed occisos. Et regulus captus est a Poeni nō uictus. Et quisquis alius seu ientis fortunae uic ac pondere oppreslus, non submittit animū. Ita beneficij idem est. Plura aliquis accepit, maiora, frequentiora, non tamē uictus est. Beneficia fortasse beneficij uicta sunt, si inter se data & accepta comi/putes. Si dantem & accipientem comparaueris, quorū animi & per se astimandi sunt, penes neutrum erit palma. Solet enim fieri, ut etiam cum alter multis uulnibus confossus est, alter leuiter quidem fauciūs, pares exisse dicantur, quamuis alter uide/atur inferior.

Ergo nemo uinci potest beneficij. Scit debere, si uult referre, si quod rebus nō potest, animo aequat. Hic q̄ diu in hoc permanet, quam diu tenet uoluntatem, gratum animū signis approbat. Quid interest ab utra parte munificula plura numeretur? Tu multa dare potes, at ego tantum accipere possum. Tēcum sta/fortuna. Mecum bona uoluntas. Tamen tam par tibi sum, q̄ multis armatis simis nudū, aut leuiter armati. Nemo itaq̄ beneficij uincitur, quia tam gratus est quisq; q̄ uoluit. Nam si turpe est beneficij, non oportet a p̄potentibus uiris accipere beneficium, quibus gratiam referre nō possis. A p̄incipib; dico, a regibus, quos eo loco for/tena posuit, ex quo largiri multa possent, pauca admodum & imparia datis accepturi. Reges & príncipes dixi, quibus tamē p̄t opera nauari, & quoq; illa excellens potentia p̄ animos cōsensum ministrisq; cōstat. Sunt quidā extra om̄ē subducti cupiditatē, q̄ uix illas humanis desiderijs cōtingunt, quibus nihil p̄t p̄stare fortuna. Necesse est a Socrate uincar bñficijs. Necesse ē a Diogene, qđ medias macedonū gazas nudū icellit, calcatis regijs

calcatis regis opibus. Nonne ille tunc merito & sibi & ceteris quibus ad dispiciendam ueritatem non erat obfusa caligo, supra eum eminere uulnus est, infra quem omnia iacebant? Multo potentior, multo locupletior fuit, omnia tunc possidente Alexandro. Plus enim erat, quod hic nolle accipere, & quod ille posset dare.

Non est turpe ab his uinci. Nec enim minus fortis sum, si cum iuulnerabilis me hoste committis. Nec ideo ignis minus urere potest, si in materiam incidit in uiolabilem flammis. Nec ideo ferrum secandi uim perdidit, si non recipiens istud lapis solidus, inuicta aduersus dura natura diuidendum est. Idem tibi de hoie grato respondeo. Non turpiter uincitur beneficis, si ab his obligatus est, ad quos aut fortunae magnitudo, aut eximia uirtus aditum redditur ad se beneficis clausit. A parentibus fere uincimur. Nam tam diu illos odio habemus, & diu graues iudicamus, & quod diu beneficia illorum non intelligimus. Cum iam atas aliquid prudentia collegit, & apparere ceperit, propter illa ipsa eos amari nobis debere, propter quae non amabantur Admonitiones, seueritatem, & inconsulte adolecentia diligentem custodiad, rapiuntur a nobis. Paucos ulc̄ ad uerum fructum a liberis percipiendum perduxit atas. Cate ri liberos onere senserunt. Non est turpe uinciri beneficis a parente. Quid ni non sit turpe, cum a nullo turpe sit? Quibuldam enim & pares & impares sumus. Pares animo, quae solum illi exigunt, quem nos solum, pmittimus. Impares fortuna, quae sicut obstitit quo minus referet gratiam, non ideo illi tanq̄ uictio erubescendum est. Non est turpe non assequi, dummodo sequaris. Sæpe neccesse est ante alia beneficia petamus, & priora redidimus. Nec ideo non petimus, aut turpiter petimus, quia non reddituri debebamus. Quia non per nos erit mora, quo minus gratissimi simus, sed interuenient aliquid extrinsecus, quod prohibeat. Nos tamen nec uincemur animo, nec turpiter his rebus superabimur, quae non sunt in nostra potestate.

*

Alexander Macedonum rex gloriari solebat, a nullo se beneficis uitum. Non est quo minus animis macedonas, & gracos, & carras, & percas, & nationes diffictas sine exercitu suscipiat, ne hoc sibi prestatissimum regnum, a Thraciae australi porrectum usq; ad litus incogniti mariis iudicet. Eadem re gloriari Socrates potuit, eadem Diogenes, a quo uictus est. Quid ni uictus sit illo die, quo homo supra mensuram humana superbia tumens, uidit aliquem, cui nec dare quicq; posset nec eripere? Archelaus rex Socrate rogauit, ut ad se ueniret, dixisse Socrates traditur. Nolle ad eum uenire a quo acciperet beneficia, cum reddere illi paria non posset. Primum in ipsius potestate erat non accipere. Deinde ipse dare beneficium prior incipiebat. Veniebat enim rogatus, & id dabat, quod utiq; ille non erat Socrati redditurus. Etiam nunc Archelaus datus erat aurum & argentum, recepturus contemptum auri & argenti. Non poterat ergo Archelao referre Socrates gratiam? Et quid tantum erat accepturus quantum dabat, si ostendisset hominem uitæ ac mortis peritum, utriusq; fines tenentem? Si regem in luce media errantem ad rerum naturam admisisset, usq; eo eius ignarus, ut quo die solis defectio fuit, regiam clauderet, & filium (quod in luctu ac rebus aduersis moris est) ponderaret? Quantum fuisset beneficium, si timorem etatebris suis extraxisset & bonum animum habere iussisset, dicens. Non est ista solis defectio, sed duorum sydem coitus, cum luna humiliore currens uia, infra ipsum solem, orbem suum posuit, & illum obiectu sui abscondit. Quæ modo partes suas exiguae, si in transcuru strinxit, obducit. Modo plus tegit, si maiorem partem sui obiecit, modo exclusit totius aspectum, si recto libramento inter solem terrasq; media succedit. Sed iam ista sydera, huc & illo deducit uelocitas sua, lam recipient diem terra, & hic ibit ordo per secula, dispositosq; ac predictos dies habent, quibus sol inter curu lunæ uetur ut omnes radios effundere. Paulum expecta iam emerget, iam istam uelut nubem relinquit. Iam exolutus impedimentis, lucem suam libere mittet. Socrates parem gratiam Archelao ferre non posset, si illum negare docuissest: parum scilicet magnum beneficium a Socrate accipiebat, si illum dare potuissest Socrati. Quare ergo hoc Socrates dixit? Ut facetus, & cuius perfiguras sermo procedere solitus erat, derisor omnium, maxime potentium. Maluit illi uatre negare, quam contumaciter ac superbe. Dixit se nolle beneficia ab eo accipere, cui non posset.

Forte, filium

cui non posset paria reddere. Timuit fortasse, ne cogereretur accipere quæ nolle. Timuit ne quid indignu Socrate acciperet. Dicit alius, negasset, si nolle. Sed instigasset in se regem insolente, & omnia sua magno astimari uolente. Nihil ad rem pertinet utrum dare aliquid Regi nolis, an accipere a Rege. In æquo utrangs ponit repullam. Et superbo fastidiri acerbius est, q; non timeri. Vis facie quid uere noluerit? Noluit ire ad voluntaria seruitute is, cuius libertatem ciuitas libera ferre non potuit.

Satis (ut existimo) hanc partem tractauim, an turpe esset beneficis uinci, quod qui querit, scit non solere homines sibi ipsi beneficium dare. Manifestum enim suisset, non esse turpe a seipso uinci. Atqui apud stoicos quosdam, & de hoc ambigitur, an possit alius sibi beneficium dare, an debeat referre sibi gratiam, qd ut uideretur querendū illa fecerūt. Solemus dicere, gratias mihi ago, & de nullo queri possum alio, quam de me. Ego mihi irascor, & ego a me poenas exigam, & odii me. Multi præterea huiusmodi per quæ unusquisq; de se tanq; de altero loquitur. Si nocere inquit mihi possum, quare non & beneficia mihi dare possum? Præterea quæ si in aliud contulsem beneficia uocarentur, quare si in me contul non sint? Quod si ab altero ac cepissem, deberem, quare si mihi ipse dedi, non debeam? Quare sum aduersus me ingratius, quod non minus turpe est, q; in se fordidum esse, & in se durum ac sauum, & sui negligenter? Tam alieni corporis leno male audit, q; sui. Nempe reprehēditur alienator, & aliena subsequens uerba, paratus ad falla laudator. Non minus placens sibi, & se suspiciens, & ut ita dicam, assentator suis. Vitia non tantum cum foris peccant inuisi sunt, sed cum in se retorquerunt. Quem magis admiraberis, q; qui imperat sibi, q; qui se habet in potestate? Gentes facilis est barbaras impatiensq; alieni arbitrio regere, q; animū suum continere & tradere sibi. Plato, inquit, agit Socrati gratias, quod ab illo didicit, quare Socrates non agat, quod ipse se docuit? M. Cato ait. Quod tibi deerrit, a teipso mutuare. Quare donare mihi non possum, si commodare possum? Innumerabili sunt, in quibus consuetudo nos diuidit. Dicere solemus. Sine tu, loqua meci, & ego tibi aurem peruellam. Quæ si uera sunt, quemadmodum quis sibi irisci debet, sic gratias agere. Quomodo obiurgare se, sic & laudare, quomodo damno sibi esse, sic & luxurio potest. Inuicta & beneficium contraria sunt. Si de aliquo dicimus. Inuictam sibi feci, poterimus dicere, & beneficium sibi dedit. Natura sibi est, ut quis debeat, deinde ut gratiam referat. Debitor non est sine creditore, non magis q; maritus sine uxore, aut sine filio pater.

Aliquis dare debet, ut aliquis accipiat. Non est dare, nec recipere, in dexteram manum de sinistra transferre. Quomodo nemo se portat, quāvis corpus suum moueat & transferat, quomodo nemo quāvis pro se dixerit, afluxisse sibi dicatur. Nec statuam sibi tanq; patrono suo ponit. Quomodo si ager cum cura sua conualuit, mercedem a se non exigit. Sic in omni negotio, etiam cum aliquis probe fecerit, non tamen debet referre gratiam sibi, quia non habebit, cui referat. Vi concedā aliquem dare sibi beneficium, dum dat, & recipit. Vi concedā aliquem a se accipere beneficium, dum accipit, reddit. Domi (quod aiunt) uerfa fit & uelut luforium nomine stat, transit. Nec enim alias dat q; qui accipit, sed unus atq; idem. Hoc uerbum debere, non habet nisi inter duos locum. Quomodo ergo in uno consistit, qui se obligando liberalitat, vt in orbe ac pila, nihil est in unum, nihil summum, nihil extrellum, nihil primum, quia motu ordo mutatur, & quæ sequebantur præcedunt, & quæ occidebant oriunt. Omnia quomodocunq; ierint, in idem reuertuntur, Ita in homine exiftim fieri, cum illi in multa mutaueris. Vnus est, cæcidit se. Inuictarum cum quo agat, non habet. Alligavit & clausit, de uia non tenetur. Beneficium sibi dedit, protinus danti reddidit. Rerum natura nihil dicit perdere, quia quicquid illi auellitur, ad illam reddit, nec perire quicq; potest, quod quo excedat non habet, sed eodem reuoluitur, unde discedit. Quid simile, inquit, habet hoc exemplum, huic proposita questione dicam. Puta te ingratum esse, non peribit beneficium, habet illud, qui dedit. Puta te recipere nolle, apud te est, ante q; redditur. Non potes quicq; amittere. Quia quod detrahitur, nihilominus tibi acquiris. Intra teiplum orbis agitur, accipiendo das, dando accipis.

Aurem per uellere,

*

Beneficium, inquit,

Beneficium, inquit, sibi dare oportet, ergo & referre gratiam oportet. Primum il lud falso est, ex quo pendent sequentia. Nemo enim sibi beneficium dat, sed natura sua paret, a qua ad charitatem sui compositus est. Vnde illi summa cura est nocitura uitandi, profutura appetendi. Itaque nec liberalis est, qui sibi donat, nec clemens, qui sibi ignorat, nec misericors, qui malis suis tangitur. Quod alij praestare liberalitas est, clementia, misericordia, sibi praestare natura est. Beneficium res voluntaria est, at prodesse sibi necessarium est. Quo quis plura beneficia dedit, beneficentior est. Quis unquam laudatus est, quod sibi ipsi fuisset auxilio, quod se eripuisse latroni bus. Nemo sibi beneficium dat, non magis quam hospitium. Nemo sibi donat, non magis quam credit. Si dat sibi quisque beneficium, semper dat, sine intermissione dat. Inuenire beneficium suorum non potest numerum. Quādō ergo gratia referet, cum per hoc ipsum, quo gratiam referet, beneficium dat. Quomodo enim discernere poteris utrum det sibi beneficium an reddat. Cum intra eundem hominem res geratur. Liberaui me periculo, beneficium mihi dedi. Iterum me periculo libero, do beneficium an reddo? Deinde ut primum illud concedam dare nos beneficium nobis, quod sequitur non concedam. Nam etiā si damus, non debemus, quia statim recipimus. Accipere beneficium nos oportet, deinde debere, deinde referre. Debendi locus non est, quia sine ulla mora recipimus. Dat nemo nisi alteri. Reddit nemo, nisi alteri. Id intra unum non potest fieri, quod totiens duos exigit.

Venditio.

Beneficium est praestitisse aliquid utiliter. Verbum autem praestitisse ad alios spectat. Nunquid non demens uidebit, qui aliquid uendidisse sibi se dicet? quia uenditio alienatio est, & rei sua iuris sunt in aliud translatio. Atqui quemadmodum uendere, sic dare aliquid, a se dimittere est, & id quod tenueris, habendum alteri tradere. Quod si est, beneficium nemo sibi dedit, quia nemo dat sibi aliquid. Duo contraria in uno coeunt, ut idem sit dare, & accipere. Sed etiam nunc multū interest, inter dare & accipere. Quid nō? cum ex diuerso ista uerba posita sunt. Atqui si quis sibi beneficium dat, nihil interest inter dare & accipere. Pauloante dicemus quadam ad alios pertinere, & sic esse formata, ut tota significatio illorum discendet a nobis. Frater sum alterius. Nemo est enim suus frater. Parsum, sed alicui. Quis est enim par sibi? Quod comparatur, sine altero non intelligitur, quod iungitur, sine altero non est. Sic & quod datur, sine altero non est, & beneficium sine altero non est. Idem ipso uocabulo apparet, in quo hoc continetur beneficiale. Nemo autem sibi beneficet, non magis quam sibi suauet, quam uarum partium est. Diutius hoc & pluribus exemplis licet prosequi. Quid? cum inter ea sit habendum beneficium, quae secundam personam desiderant. Quadam cum sint honesta, pulcherrima, summa uirtutis, nisi cum altero non habent locum. Laudatur, & inter maxima humani generis bona fides colitur. Num quis ergo dicitur sibi fidem praestitissimam?

Venio nunc ad ultimā partem. Qui gratia refert, aliquid debet impēdere, si cui soluit pecuniam. Nihil autem impēdit, qui gratia sibi refert, non magis quam confequitur, qui beneficium a se accepit. Beneficium & gratiae relatio ultra citroq; ire debet. Intra unum hominem non est uicissitudo. Qui ergo gratiam refert, inuicem prodest ei, a quo consecutus est aliquid. Qui sibi gratia refert, prodest sibi. Et quis non alio loco relatione gratia, alio beneficium cogitat? qui gratia refert, sibi prodest. Et quis unquam ingratus hoc noluit facere? immo quis non ingratus fuit, ut hoc faceret. Si gratias, inquit, nobis agere debemus, & gratia referre debemus. Dicimus autem agere gratias mihi, quod illam uxorem nolui ducere, & cum illo non contraxi societatem. Cum hoc dicimus, laudamus nos, & ut auctum nostrum comprobemus, gratias agentium uerbis abutimur. Beneficium est, quod potest, & cum datum est, non reddit. Qui sibi beneficium dat, non potest non recipere, quod dedit. Ergo non est beneficium. Alio tempore beneficium accipitur, alio redditur. In beneficio hoc est probabile, & sufficiendum, quod alteri ut aliquis prodesset, utilitatis interim sua oblitus est, quod alteri dedit ablatus sibi. Hoc non facit, qui beneficium sibi dat. Beneficium dare socialis res est. Aliquem conciliat, aliquem obligat, sibi dare non est socialis res. Nemine conciliat, nemine obligat, nemine in-

nem in spem inducit, ut dicat. Hic homo colendus est, illi beneficium dedi, dabit & miseri. Beneficium est, quod quis non sua causa dat, sed eius cui dat. Is qui sibi beneficium dat, sua causa dat. Non est ergo beneficium.

Videor tibi iam illud quod in principio dixeram mentitus? Dicis me abesse ab eo, qui operae preium facit, immo totam operam bona fide perdere. Expecta etiā hoc uerius dices, stimul ac te ad has latebras perduxero, a quibus cum euas seris, nihil amplius affecutus eris, quod ut eas difficultates effugias, in quas licuit non descendere. Quid enim boni est, nodos operose soluere, quod ipse ut solueres feceris? Sed quemadmodum quadam in oblectamentu, ac locum, sic alligantur, ut eorum solutio imperito difficultis sit. Quae illi, qui implicuit sine ullo negotio separat, quia commissuras eorum & moras nouit. Nihilominus illa habent aliquam uoluptatem. Tentat enim acumen animorum, & intentionem excitant. Ita haec qua uidentur callida & insidiola secutatem, torporem, ac segniciem, ingenij adserunt, quibus modo campus in quo uagatur, sternendus est, modo tamen crebri aliquid & confragosi obsecundum per quod, erexit & sollicito uestigium faciant. Dicitur nemo ingratus esse. Id sic colligitur. Beneficium est quod prodest, prodesse autem nemo homini malo potest, ut dicitis Stoici, ergo beneficium non accipit malus, itaque nec ingratus est. Quomodo etiam nūc beneficium honesta & probabilis res est? Apud malum nulli honesta rei aut probabilis locus est, ergo nec beneficium, quod si accipere non potest, nec reddere quidem debet. Et ideo non fit ingratus. Etiam nunc ut dicitis, Bonus uir omnia recte facit. Si omnia recte facit, ingratus esse nō potest. Malo uero beneficium nemo dare potest. Bonus beneficium reddit, malus nō accipit. Quod si est, nec bonus quod est ingratus est, nec malus. Ita ingratus in rerum natura est nō. Et hoc inane. Vnum est apud nos, bonum honestum, id peruenire ad malum non potest. Definit enim malus esse, si ad illum uirtus intrauerit. Quādū autem malus est, nemo illi dare beneficium potest. Quia bona malaque dissentiunt, nec in unum eunt. Ideo nemo illi prodest. Quia quicquid ad illi peruenit, id paruo usū corruptiss. Quē admodum stomachus morbo uittatus, & colligens labem, quo scimus accepit cibos mitit, & omne alimentum in causam doloris trahit. Ita animus cæcus, quicquid illi commiseris, id onus suum, & perniciem, & occasionem miseris facit. Felicissimis itaque opulentissimis plurimū astus lubeat, minusq; se inuenient, quo in maiorem materiam incidunt, qua fluctuantur. Ergo nihil potest ad malos peruenire, quod prosit, immo nihil quod non noceat. Quacumque enim illis contigerint, in naturam suam uertunt, & extra speciosa profutraq; si meliori darentur, illis pestifera sunt, ideo nec beneficium dare possunt, quo/niā nemo potest, quod nō habet dare. Hic benefaciendi voluntate caret.

Sed huius haec ita sint, accipere tamen malus potest, quia beneficis similia sint, quibus non redditis ingratus erit. Sunt animi bona, sunt corporis, sunt fortuna. Illa animi bona a frusto ac malo submouentur. Ad haec admittitur, quia accipere potest, & debet reddere, & si non reddit, ingratus est. Non hoc ex nostra constitutione tantum. Peripatetici quoque, qui felicitatis humanae longe lateque terminos ponunt, aiunt, minuta peruenire beneficia ad malos. Hac qui non reddit, ingratus est. Nobis itaque beneficia esse non placet, quia non sunt animum factura meliorem, cōmoda tamen illa esse, & expetenda non negamus. Hac & uiro bono dare malus potest, & accipere a bono, ut pecuniam, uestem, honores, & uitam. Quae si non reddit, in ingrati nomen incidet. At quomodo ingratum uocas, eo non reddit, quod negas esse beneficium? Quādū etiā si uera non sunt, propter similitudinem eodem uocabulo comprehensa sunt. Sic parapsidem & argenteam & auream dicimus. Sic illiteratum non ex toto rudem, sed ad literas altiores non perductum. Sic qui male uelutum & pannolum uidit, nudum le uidisse dicit. Beneficia ista non sunt, habent tamen beneficij speciem. Quomodo ista sunt tamen beneficia, sic & ille tanquam ingratus est, non ingratus. Falsum est, quia illa beneficia, & qui dat appellat, & qui accipit. Ita qui uiri boni spem fecellit, tam ingratus, quam uneficus, qui sapo-

Longe lateque

Crem cum uenenum crederet, miscuit. Leantes uehemetus ait, licet, inquit, beneficium nō sit quod accipit, ipse tamē ingratus est, quia non fuit redditurus, etiam si accepisset. Sic latro est etiam an-

Latro
teque manus

Illiteratus

Te^c manus inquiet, qui ad occidendum iam armatus est, & habet spoliandi atq; interfecti voluntatem. Exercetur & aperitur opere nequit, si non incipit. Ipsum quod accipit beneficium non erat, sed uocabatur. Sacrilegi dant poenas, q; nemo usq; ad celos porrigit. Quomodo, inquit, aduersus malum ingratus est quicq; cum malo dari beneficium non possit, ea scilicet ratione, quia accipiet ab illo aliquid ex his, quae apud imperitos sunt, cui tame & si malus est, ipse quoq; in simili materia gratus esse debebit, & illa q; liacunq; sunt, cum pro bonis accepit, pro bonis reddere. Aes alieni habere dicitur, & q; aureos debet, & q; coriū forma publica pecussum, quale apud Lacedamionis fuit, qd; usum numerata pecunia p̄st̄at. Quo genere obligatus es, hoc fidem exolue.

Quid sibi beneficia, an & in hanc sordidam humilem q; materiā deduci magnitudino nominis clari debet, ad nos pertinet, sed ad alios spectat. Verum uos ad speciem ueri componite animū, & dum honestum dicitis, quicquid est id, qd; nomine honesti iactatur, id colite. Quomodo, inquit, nemo per uos ingratus est, sic rursum omnes ingratī sunt. Nam (ut dicimus) omnes stulti & malū sunt. Omnes ergo ingratī sunt. Quid ergo, non undicū humano generi conuictum fit, nō publica quæ relā est beneficia perisse, & paucissimos esse, qui de benemerentibus non inuicem pessili me mereantur? Nec est quod hanc tantum nostram murmurationē putes, pro pessimo prauoq; numerantium, quicquid citra recti formulam cecidit. Ecce nescio quā nam non ex philosphorū domo clamat ex medio conuentu, populos gētesq; damnatura vox mittitur. Non holpes ab hospite tutus. Non sacer a genero, fratrū quoq; gratia rara ē. Imminet exitio uir coniugis, illa mariti. Hoc iā amplius est. Beneficia in scelus uerla sunt, & sanguini corum non parcitur, pro quibus fanguis fundēdus est. Gladio ac uenēis beneficia sequimur, ipsi patria manus afferre, & fasciis suis illam premere, potentia ac dignitas est. Humili se ac depresso loco putat stare, quisquis non supra rempublicā stetit. Accepti ab illa exercitus in ipsam conuertuntur, & imperatoria concio est. Pugnate contra coniuges, pugnate contra liberos. Aras, focos, penates, armis incendite. Qui ne triūphaturi quidem intrare urbem iniussu senatus deberent, quibusq; exercitū uictorem reducentibus curia extra muros præberetur, nunc ciubus cæsis, perfusi cruce cognato, urbem subrectis intrare uexillis. Obmutefcat inter militaria signa libertas, & ille uictor, pacatorq; gentium populus, remotis procul bellis, omni terrore compreso, intra muros obseßus, aquilas suas horreat.

Ingratus est Coriolanus, sero & post sceleris pœnitentiam pius, posuit arma, sed in medio parricidio posuit. Ingratus Catelina, parum est illi capere patrā, nisi euerteret, nisi Allobrogum in illam cohortem imiserit, transalpes accitus hostis, uetera & ingenita odio lauerit, ac diu debitas inferias Gallicis bustis duces Romani p̄soluerint. Ingratus. C. Marius, ad consulatum a Gallia perductus, qui nisi cymbricis cædis omnia funera æquaerit, nisi ciulis exili, & trucidati omnis non tantum dederit sanguinum, sed ipse signum fuerit, parum mutatam, ac repositam in priore locum fortunam suam sentiet. Ingratus. L. Sylla, qui partia durioribus remedij q; pericula erant, sanavit. Qui cum a prænestina arce usq; ad collinam portā per sanguine humanū incessisset, alia adcidit in urbe prælia, alias cædes, legiones duas, quod crudele est, post uictoriā, quod nefas, post fidem, in angulo congefta contruicidit, & proscriptioñē cōmentus est. Dij magni, ut qui ciuem Romanū occidiset, impunitatem, & pecunia tantū non, ciuis cauila acciperet. Ingratus. Q. Pompeius, qui pro tribus consularibus, pro triumphis tribus, pro honoribus, quos ex maxima parte imatus inuaserat, hanc gratiā reipublicā reddit, ut in possessionē eius alios induceret, quasi potentia sua detraffurus inuidiam, si qd; nulli licere debebat, pluribus liciuisset. Dū provincias ut eligat, distribuit, dum ita triumuiris. R.P. diuidit, ut tamē in sua domo duæ partes essent. Eo rediit. R.P. ut saluus esse non posset, nisi beneficio seruitutis, ipse Pompejus hostis ac uictor, a Gallia Germaniæq; bellum in urbem circumegit, & ille plebicolor, ille popularis, castra in circa flamineo posuit, propius q; Porfenna tuerant. Temperauit, ius, crudelitatem uictoria, quod dicere solebat, p̄stit. Neminem occidit, nisi armatū. Quid

matum. Quid ergo est? Ceteri arma cruentius exercuerunt, satiati tamen aliquid abiecerunt. Hic gladium cito condidit, nunq; posuit. Ingratus Antonius, Indicatore suū quē iure casum pronunciavit, interfectorēq; eius, in provincias & imperia dimittet. Patria uero proscriptiōnibus, incursionibus, bellis, laceratā post tot mala destinavit, ne Romanis quidem regibus, Vtīj Athenis, Rhodijs, & plenissimis urbibus claris, ius integrū, liberatatemq; cum immunitate reddiderat, ipsa tributum spadonibus penderet.

*

De ingratiūdine urbis Romatæ, contra bonos ciues.

Dificet me dies enumerat̄ ingratos, usq; in ultima patriæ exitia. Aequē im/mēsum erit, si percurrere cōpero. Ipsa res publica q; ingratā in optimos ac deuotissimos sibi fuerit, q; q; non minus sape peccauerit, q; in ipsam peccatum est.

Camillum in exilium misit, Scipionem dimisit, exulauit post Catelinam Cicero dirutū eius penates, bona direpta, factum quicquid uictor Catelina fecisset, Rutilius innocentia p̄cium tulit. In Asia latenti Catoni populū Romatus prætaram negauit, consulatum pernegauit. Ingrati publice sumus, se quisq; interrogat. Nemo non ali/ quem quaritur ingratū. Atqui non potest fieri, ut omnes quarantur, nisi querendum est de omnibus. Omnes ergo ingratī sunt. Tantum, quantum & cupidi omnes, & maligni omnes, & timidi omnes, illi in primis qui uidētur audaces. Adiace, & ambitiosi oes sunt, & imp̄i omnes. Sed non est quod irascaris. Ignoscit illis. Omnes insaniūt. Nolo te ad incerta retrouare, ut dicam, q; ingratā sit uide iuuentus. Quis non patrī suo supremū diem, ut innocens sit optat: ut moderatus, expectat: ut pius, cogitat. Quotus q; uxoris optima mortem timet, ut non computet. Cui rogo litigatori defenso, tam magni beneficij ultra res proximas memoria durauit. Illud in cōfessio est. Quis sine querela morit? Quis extremo die dicere audet, uixi & quē dederat cursum fortuna peregi? Quis non reculans? Quis non gemens exit? Atqui hoc ingratī est, non esse contentum præfato tempore. Semp pauci dies erūt, sūllos numeraueris. Cogita non esse summum bonū in tempore. Quantumcūq; est, boni confules, ut prolongetur tibi dies mortis, nihil p̄ficit ad felicitatem. Quoniam mora non sit beator uita, sed longior. Quanto satius est gratum aduersus perceptas uoluntates, non aliorum annos computare, sed suos benignè estimare, & in lucro ponere. Hoc me dignum iudicavit deus. Hoc satis est. Potuit plus, sed hoc quoq; beneficium est. Grati simus aduersus deos, grati aduersus homines, grati aduersus eos, qui nobis aliquid p̄st̄erunt, grati etiam aduersus eos, qui nostris p̄st̄erunt.

In infinitum, inquis, me obligas, cum dicas, & nostris. Itaq; pone aliquē fitne. Qui filio beneficium dat, ut dicas, & patri eius dat. Primum de quo uado ad quem currit, quero. Deinde illud utiq; mihi determinari uolo, si & patri beneficium datur,

Nunquid & fratri? Nunquid & patruo? Nunquid auo? Nunquid uxori, & foce? Dic mihi, ubi debeat deslinere, quoq; personarum seriem sequar. Si agrum tuum coluero, tibi beneficium dederō. Si domum tuam ardētem restinxero, aut ne cadat exi cepero, tibi beneficium dabo. Si seruum tuum seruauero, tibi imputabo. Si filiu tuū seruauero, non habebis beneficium meum.

Diffimilia ponis exempla, quia qui agrum meum colit, agro beneficium nō de/dit, nec dat, sed mihi, & qui domum meam quo minus ruat, fulcit, p̄stat mihi. Ipsi enim domus sine sensu est. Debitorē me habet, quia nullum habet. Et qui agrum meum colit, non illum, sed me demererit uult. Idem de seruo di/cam, mei mancipijs res est, mihi seruatur. Ideo ego pro illo debo, filius ipse beneficij cōpax est. Itaq; ille accipit. Ego beneficij lator, contingor, non obligor. Velim tamen, tu qui debere te non putas, respondeas mihi. Filii bona ualitudo, felicitas, patrimonij, pertinet ad patrem? Felicior futurus est, si filiu habuerit filium, infelicior si amiserit. Quid ego? Qui & felicior sit a me, & infelicitatis maxima periculo liberatur, non accipit beneficium? Non inquit, quadam in alios enim conferunt, sed ad nos usq; permaneāt. Ab eo autem exigi quicq; debet, in quem conferunt. Sicut pecunia ab eo petitur, cui credi/ta est, q; nō ad me illa aliquo modo uenerit. Nullum beneficium est, cuius cōmodum nō proxi/mos tangat, nō nūc etiam longius positos. Non queritur, quo beneficium ab eo

cui datū

cui datum est transferatur, sed ubi primo collocetur. A reo tibi ipso & a capite repetitio est. Quid ergo oro te, nō dicas, filium mihi donasti, & si hic perisset, uiūctus non fuī. Pro eius uita beneficium non debes, cuius uitam tua præfers, etiam nunc cum filium tuū seruauī, ad genua procumbis, Dījs uota soluis, tanq̄ ipse seruatus, illa uoces exeuunt tibi. Nisi hil mea interest, an me seruaueris, duos seruasti, immo me magis. Quare ista dicas, si non accipis beneficium, quia & si filius meus pecuniam mutuam lumpserit, creditori nūme-rabo, non tamen ego debuero. Quia & si filius meus in adulterio deprehensus erit, erubescam, non ideo ego ero adulter. Dico me tibi obligatum pro filio, non quia sum, sed q̄ uolo me offerre tibi debitorem uoluntarium. At peruenit ad me summa ex incolumente eius uoluptas, summa utilitas, & orbitatis grauissimū uulnus effugi. Non queritur nūc an profueris mihi, sed an beneficium dederis. Prodest enim & animal, & lapis, & herba, nec tamen beneficium dant, quod nunq̄ datur, nisi a uolente. Tu autem nō uis patri, sed filio dare. Et interim ne nosl quidem patrem. Itaq̄ cum dixeris, patri ergo beneficium non dedi, filium eius seruando. Contra oppone. Patri ergo beneficium dedi, quem non noui, quem non cogitauī. Et quid, quod aliquando eueniit, ut patrem oderis, filii serues, beneficium ei uideberis dedisse, cui tunc inimicissimus eras, cum dares? Sed ut dialogorum alternatione seposita, tanq̄ iurifconsultus respondeam. Mens spectanda est dantis, beneficium enim dedit, cui datum uoluit. Si in patris honorem fecit, pater accepit beneficium, sic pater beneficio in filium collato non obligatur, etiam si fruatur si tamen occasione habuerit, uoleat & ipse præstare aliquid, non tanq̄ præstādi necessitatem habeat, nec soluendi, sed tanq̄ incipiendi causam. Reperi a patre beneficium non debet. Siquid pro hoc benignè facit, iustus, non gratus est. Nam illud finiri non potest, si patri do bene beneficium, & matrī, & auo, & auunculo, & liberis, & affinibus, & amicis, & seruis, & patria. Vbi ergo beneficium incipit stare? Sorites enim ille inexplicabilis subit, cui difficile est modum imponere, quia paulatim surrepit, & non definit serpere. Illud solet queri, fratres duo dissident, si alterum seruo, an dem beneficium ei, qui fratre inuisum non perisse moleste latus est. Non est dubium, quin beneficium sit, etiam inuitō p̄dese. Sicut nō dedit beneficium, qui inuitus profuit.

Beneficium, inquit, uocas, quo ille offenditur, quo torqueſt? Multa beneficia tristem frontem & asperam habent, quemadmodum fecare & urere ut fanes, & vinculis coercere. Non est spē & adūm an dolere aliquis beneficio accepto, sed an gaudere debeat. Non est malus nummus, quem barbarus & ignarus formæ publica reiecit. Beneficium odit & accepit, si modo id prodest, si is qui dabit, ut prodeset dedit, nihil refert an bonam rem malo animo quis accipiat. Agedum hoc in contrarium uerte. Odit fratrem suū, quem illi expedit habere. Hunc occidi, non est beneficium, quās ille dicat esse, & gaudeat. Insidiosissime nocet, cui gratia aguntur pro iniuria. Vide prodest aliqua res, & ideo beneficium est. Nocet, & ideo nō est beneficium. Ecce, quod nec profit, nec noceat, dabo, & tamen beneficium est. Patrem alicuius in solitudine examined inueni, corpus eius sepelius, nec illi profui (Quid enim illius intererat, quo genere dilabererut?) nec filio, quid enim per hoc cōmodi accessit illi? dīcam quid consecutus sit. Officio solēni & necessario per me functus est. Præstati patri eius, quod ipse præstare uoluit, nec non & debuisset. Hoc tamen ita beneficium est, si non misericordia & humanitati dedi, ut quolibet cadauer abſconderem. Sed si corpus agnoui, si filium, tunc hoc præstare me cogitauī, aut si terram ignoto mortuo infeci, nullum in hoc habeo huius officiū debitorem in publicum. Humanus dicit aliquis, quid tantopere quartis, cui dedeſti beneficium, tanq̄ repetituras aliquando sunt qui nunq̄ iudicant esse repetendū. Et has causas afferunt, indignus etiam repenti non reddet, Dignus etiā per se referet. Præterea si bono uiro dedisti, specta ne iniuriam illi facias appellando, tanq̄ non fuīſſet sua sponte redditurus. Si malo uiro dedisti, flere beneficium ueto, ne corrumpas creditum faciendo. Præterea lex quod non fuīſſet repeti, ueruit. Verba sunt ista: q̄diu me nihil urgēt, q̄diu fortuna nihil cogit, petam potius beneficium q̄ repeatam. Sed si de salute librorū agitur, si in periculū uxor deducitur, si patria salus ac libertas mittit me etiā quo ire nolle, imperabo pudori meo, & testabor omnia me fecisse, ne opus esset mihi auxilio hominiſſus

hominis ingrati, nouissime recipiendi beneficij necessitas, repetendi uerecundiam uincet. Deinde cum bono uiro beneficium do, sic do, tanq̄ nūc repetituras, nisi necesse fuerit. Sed lex, inquit, non permittendo exire, ueruit.

Multa legē non habēt, nec actionē. Atqui cōsuetudo uitæ humanæ lege oī ualeat, & id p̄fātare. Quæ lex ad id præstādū nos qđ alicui pm̄simus alligat? Nulla. Querar tamen cū eo, quā arcanū sermonē non continuerit, & fidē data, nec seruatam indignabor. Sed ex beneficio, inquit, creditum facis, minime. Non em̄ exigo, sed repeto, & ne repeto qđ, sed admoneo. Nā ultima quoq̄ necessitas in hoc aget, ut ad eū ueniat, cū quo diu mihi lucrandum sit. Quis tam ingratus est, ut illi nō sit satis admoneret? Eum trāſibo, nec dignum iudicabo, qui gratus esse cogatur. Quomodo fecerat quodam debitores non appellat, quos sc̄it decoxiſſe, & in quorum pudorem nihil superest, nisi quod p̄reat. Sic ego quoddam ingratos palam ac pertinaciter prateribo, nec ab ullo beneficium repeatam, nisi a quo non ablatur ero, sed recepturus.

Multū sunt, qui nec negare sciant, quod accepunt, nec referre, qui nec tam boni sunt qđ grati, nec tam mali qđ ingrati, legnes & tardi, lenta nomina, non malā. Hos ergo non appellabo, sed cōmonēfaciam, & ad officium aliud agentes educam, qui statim mihi sic respondebunt. Ignoscere, non Mehercule sciū hoc te defyderare, alioquin ultro obtulissim. Rogo ne me ingrātum existimes, memini quid mihi præsteris. Hos ergo quare dubitem, & libi meliores & mihi facere? Quēcung⁹ potuero, peccare prohibeo. Multomagis amicū, & ne peccet, & ne ī me potissimum peccet, alterum illi beneficium do, si illum ingratū esse non patior, nec dure illi exprobrabo quaē præstisti, sed qđ potero mollissime, ut potestatem referendas gratia faciam, renouabo memoriam eius, & petam beneficium. Ipse me repeteret intelliget, Aliquādo utar uerbis dūtoribus, si emendarit illum sperauerō posse. Nam desperatum propter hoc quoq; nō exagitabo, ne ex ingrāto inimicum faciam. Quod si admonitionis quoq; sui fugillationem ingratis remittimus, segniores ad reddenda beneficia faciemus. Quodam uero sanabiles, & qui fieri boni possint, si quid illos remorderet, perire patientur admonitione sublata. Quia & pater filium aliquando correxit, & uxor maritū aberrante ad se reduxit & amicos languentes amici fidem erexit.

Vidam ut expurgiscantur non feriendi, sed cōmonēdi sunt. Eodē modo quorundam ad ferendam gratiam fides non cessat, sed languet. Hanc puellamus, Noli munus tuū in iniuriam uertere. Iniuria est enim, si in hoc non repetis, ut ingratis sim. Quid si ignorō, quid defyderes? Quid si occupationibus distri-
ctus, & in aliam uocatus occasionem non obſeruauī? Ostende mihi quid possim, quid uelis? Quare desperas, anteq̄ tentas? Quare properas & beneficū & amicū perdere? Vnde sc̄is nolim, an ignorem, an animus, an facultas desit mihi? Experiē. Admonebo ergo, non amare, non palam, sine conuictio, sic, ut se redisse in memoria, non reduci p̄petet.

Caſam dicebat apud diuum Iulium ex veteraniſ ſuſt quidam paulo uiolentior ad uerſus uicitos ſuos, & caſa premebat. Meminiſt, inquit, imperator in Hispania talum te tortuſſe circa Sucronē, cum Cæſar meminiſſe ſe dixiſſet. Meminiſt ſtū quidem ſub quadam arbore minimū umbra ſpargente, cum uelles residere ſeruētissimo ſole, & eſſet aſperrimus locuſ, in quo ex rupibus acutis, unica illa arbor eru-
perat, quendam ex cōmilitonibus penulam ſuam ſubſtrauiſſe, cum dixiſſet Cæſar, quid ni meminerim? & quidem ſiti confectus, qui impeditus iſe ad fontem proximū non po-
teram, repere manibus uolebam, niſi cōmilito, homo fortis ac strenuus, aquam mihi in
galea ſua attuliffet. Poteſt, inquit, imperator agnoscere illum hominem, aut illam galeam?
Cæſar ait, ſe non poſſe galeam cognoscere, hominē pulchre poſſe, & adiécit (puto ab hoc
iratus, quod ſe a cognitione media ad ueterem fabulum adduceret) Tu utiq̄ ille non es.
Merito, inquit, Cæſar me nō agnoscis, nam cum hoc factum eſt, integer eram, poſteā ad
Mundam in acie oculus mihi effoſſus eſt, & in capite eiecia oſſa. Nā galeam illam ſi ui-
deres, cognoi-

deres, cognosceres. Machara enim Isponia diuisa est. Ut etiū illi exhiberi negotiū Cæsar, & agellos in quibus uicinalis uia, causa rixæ ac litium fuerat, militi suo donauit.

Quid ergo non repeteret beneficium ab imperatore, cuius memoriam multitudine rerum confuderat, quem fortuna ingens exercitus disponentem, nō patiebatur singulis militibus occurrere? Non est hoc repetere beneficium, sed resumere bono loco positum & paratum. Ad quod tamen ut resumatur, manus porrigitur est. Repetam itaq; quia hoc aut necessitate facturus ero, aut illius causa, a quo repeatam. Tyberius Cæsar inter initia dicens cuidam, meministi, ante plures notas familiaritatis ueteris proferret. Non memini, inquit, quid fuerim, ab hoc qd; diu non esset repetendum beneficium. Optanda erat obliuio, aversabatur omniū amicorum & aequalium noticiā, & illam solam præsentem fortunam suam aspici, illam solā cogitari, ac narrari uolebat. Inquisitorēm habebat ueterem amicum. Magis tempestive, repetendum est beneficium, qd; petendum. Adhibita uerborum moderatio, ut nec in gratius possit dissimilare, tacendum & expectandum, si inter sapientes uiueremus, & ramen sapientibus quoq; indicare melius fuisset, quid rerum nostrarū status posceret. De os, quorum noticiā nulla res effugit rogamus, & illos uota non exorant, sed admonent. Dies quoq; in quam Homerius ille sacerdos allegat officia, & aras religiose cultas, quos obsequentes facit, & parce moneri uelle ac posse, secūdū uirtus est. Huc illuc frātēs leui ter motis flectendus est, paucis animis sui rector optimus, proximi sunt, qui admoniti in uiam redeunt. His non est dux detrahendus. Opertis oculis inest acies, sed sine uisu, quod lumen a Diis immisum ad ministeria sua uocat, instrumenta cessant, nisi illa in opus suum artifex mouerit. Inest interim animis uoluntas bona, sed torpet modo delitjs, ac situ, modo officij infictia. Hanc utilē facere debemus, nec irati relinqueremus inuitu, sed ut magistri patienter ferre offensiones puerorum discentiū, memoria labentis. Quæque admodum subiecto uno, aut altero uerbo, ad contextum reddēda rationis adducta est, sic ad referendam gratiam admonitio reuocanda est.

Libri Quinti Senecæ De Beneficijs finis.

LVCII ANNEI SENECAE DE BENEFICIIS LIBER SEXTVS.

Fall ca/
pice agā

VAEDAM Liberalis uirorum optime exercendi tantum ingenij causa queruntur, & semper extra uitam iacent. Quadam & dum queruntur, obiectamenta sunt, & quæsta usui. Omniū tibi copiam faciam. Tu illa utcumq; tibi uisum erit, aut peragi iubeto, aut ad explicandum ludorum ordinē induci. His quoq; si abire protinus iussus, nō nihil actum erit. Nam etiam quod discere superuacuum est, pdest cognoscere. Ex uult igitur tuo pendebo, prout ille sua seruit mihi. Alia detinet diutius, alia expellam, & ea perire agam.

Quæstio an beneficium eripi possit.

AN beneficium eripi possit, quæsumus est. Quidam negant posse. Non enim res est, sed actio. Quomodo aliud ē munus, aliud ipsa donatio, aliud qui nauigat, aliud nauigatur. Et quauis aeger non sit sine morbo, non tamē idem est aeger & morbus. Ita aliud est beneficium ipsum, aliud quod ad unūquęq; nostrū beneficio peruenit, illud incorporale est, & ideo irūtum nō fit. Materia illius huc & illuc iactatur, & dominum mutat. Itaq; cum eripis, ipsa rerum natura reuocare quod dedit, non potest. Beneficia sua interrumpit, non rescidit. Qui moritur, tamen uixit, qui amissit oculos, tamen uidit. Quæ ad nos perueniunt, ne sint, effici potest, ne fuerint, non pot. Pars autem beneficij & quidem certissima est, quæ fuit. Nōn unq; uis beneficij longiore prohibemur. Beneficium quidem ipsum non traditur, licet omnes in hoc uires suas natura euocet. Rectō illa agere se non licet, potest eripi domus, & pecunia, & mancipiū, & quicquid est, in quo haest beneficij nomen. Ipsa uero stabile & immotum est. Nulla uis efficiet, ne hic dederit, ne ille accepert.

Egregie mihi uidetur. M. Antonius apud Rapirium poetam, cum fortunam suā transuitem

transuitem alio uideat, & sibi nihil relictum, præter ius mortis. Id quoq; si cito occupaverit, exclamare. Hoc habeo quodcunq; dedi. O quantū habere potuit, si uoluisset. Haec sunt diuitiae certa, in quacunq; fortis humana leuitate, uno loco permanens, quæ cū maiores fuerit, hoc maiores habebunt inuidiā. Quid tanq; tuo parcis procurator es. Omnia ista quæ nos tumidos, & supra humana elatos, obliuisci volunt, & cogunt nostra fragilitatis, quæ ferreis claustris custoditis armati, quæ ex alieno sanguine rapta, uel stro defeditis, propter quæ classes crueltatibus maria deducitis, propter quæ quaslati urbes, ignari, qntū telos, in aduersos fortuna cōparet, ppter quæ ruptis toties affinitatis, amicitiae, collegij federij, inter cōtēdētes duos terraz orbis eis est. nō sunt uestra, in depositi cœa sunt, iā iamq; ad alium dominum spectatia, aut hostes illa, aut hostis successori amī inuaderet. Quærēs, quomodo illa tua facias, dono dando. Cōsule ergo rebus tuis, & certam tibi earum atq; inexpugnabilem possessionem para. Honestiores illas non solū, sed tuiores facturas, illud quod suspicis, quo te diuitem quoq; ac potentem putas, cōditu posides, sub nomine fordo facet, domus est, seruus est, num mi sunt, cū donasti bñficiū ē. tal; animus

Fateris, inquit, nos aliquando beneficium debere ei, a quo accepimus, ergo erēptum est. Multa sunt propter quæ beneficium dare desimus, non quia ablātū, sed quia corruptum est. Aliquis reum me defendit, sed uxorem meam per uim stupro uiolauit. Non abstulit beneficium, sed opponendo illi parem iniuriā soluit me debito, & si plus laet, qd; ante profuerat, non tantum gratia extinguitur, sed ulciscendi quarendiq; liberta sit, ubi in comparatione beneficij præponderauit iniuria, ita non auferetur beneficium, sed uincitur. Quid, non tam duri quidam, etiam scelerati patres sunt, ut illos auerari & euitare, ius falz sit? Nunquid ergo illi abstulerunt, qui dearente minime, sed impietas sequentium temporum commendationem omnis prioris officij sustulit. Non beneficium tollitur, sed beneficij gratia, sed efficitur, non ne habeam, sed ne debeat. Tanquam pecuniam aliquis mihi creditit, & domum meam incendit, pensatū est creditū damno, nec reddidi illi, nec tamē debeo. Eodē modo & hic, qd; aliqd benigne aduersus me fecit, aliqd liberaliter, sed postea multa supbe, cōtumeliosa, crudeliter, & eo loco me posuit, ut pindē liber aduersus eū esse, qd; si non accepissem. Vt in beneficij sui abstulit, colonum suum non tenet, qd; quis tabellis manentibus, qui segetē eius procūlauit, qui luccidit arbusta, nō quia ne recipit, qd; pepigerat, sed qd; ne recipet efficit. Sed debitori suo creditor sape damnatur, ubi plus ex alia causa abstulit, qd; quod est crediti, non tantum inter creditorem & debitorem iudex, sed qui dicat pecuniam, credit disti. Quid ergo est? pecus abegisti, seruum eius occidisti. Argentum, quod nō emeras possides, affirmatione facta debitor discede, qui creditor ueneras. Inter beneficia quoq; & iniurias ratio confert. Sape etiam beneficium manet, nec debetur, si secuta est datem poenitentia, si miserum se dixit, quod dedisset, si cum daret suspīrauit, multum abduxit, perdere se credit, non donare, si sua causa, aut certe non mea dedit, si non desit insultare, gloriari, & ubiq; iactare, & acerbū munus suum facere. Manet itaq; beneficium, qd; uis non debeatur. Sicuti quædam pecunia, de quibus ius creditorū non dicitur, debetur, sed non exiguntur.

Dediti beneficium, iniuriam postea fecisti. Et beneficij gratia debetur, & iniuria ultio. Nec ego illi gratiam debeo. Nec ille mihi pecuniam. Alter ab altero absoluītur. Cum dicimus, beneficium illi reddidi, non hoc dicimus, illud nos quod accepēramus reddidisse, sed aliud pro illo reddere. Est enim rem pro re dare. Quid ni cum omnī solutio non idem reddat, sed tantudem. Nam & pecunia dicimus reddidisse, qd; quis numerauerimus pro argenteis aureos, qd; quis nō interuenierint nummi, sed delegatione, & uerbis perfecta solutio sit. Videris mihi dicere, perdis operam. Quorsus enim pertinet scire me, an maneat quod non debetur? Jurisconsultorum ista ineptia sunt acuta, qui hæreditatem negant ulu capi posse, sed ea quæ in hæreditate sunt, tanq; quicq; aliud sit hæreditas, qd; ea quæ in hæreditate sunt, illud mihi potius distinguere, quod potest ad rem pertinere, cum idem homo beneficium mihi dedit, & postea facit iniuriam. Vtrum & beneficium illi reddere debeat, & me ab illo minus uindictare. Ac

care. Ac ueluti duobus modis separatim respondere, an alterum alteri contribuere, & nihil negotij habere, ut beneficium iniuria tollatur, beneficium iniuria. Illud enim video in hoc foro fieri. Quid in uestra schola iuris sit, uos sciat. Separant actiones, & de eo quod agimus, de eodem nobiscum agitur. Confundit formula, si quis apud me pecuniam deposituerit, idem mihi postea furtum fecerit. Et ego cum illo furti agam, & ille mecum depositi.

Quia proposuisti mihi Liberalis exempla, certis legibus continentur, quas necesse est sequi, lex legi non miscetur. Vt ratiō sua uia habet actionem propriam, tā Mehercule tā depositum, tā furtum. Beneficium nulli legi subiectum est, me arbitrio uitetur, licet me comparare inter se quantum profuerit mihi quisque, aut quantum nocuerit, tum pronunciare, utrum plus debeatur mihi, an debeam. In illis nihil est nostra potestatis, eundum est, qua ducimur. In beneficio tota potestas mea est, ego itaq; iudico illa, non separo, nec cido, sed iniurias ac beneficia ad eundem iudicem mittō. Alioquin iubes me eodem tempore amare, & odisse, & queri, & gratias agere, quod natura non recipit. Potius comparatione facta, inter se beneficij & iniuriae, uidebo an etiam ultro debeatur, quomodo si quis scriptis nostris, alias superne imprimat uersus, priores literas non tollit, sed abscondit. Sic beneficium superueniens, iniuriā apparere non patitur.

Vultus tuus, cui regendum me tradidi, colligit rugas, & attrahit frontem, quā silongius exeam. Videris mihi dicere, quomodo tantū mihi extrahis? Huc dirige cursum, littus ama. Non possum magis. Itaq; si huic satis factum existimat, illo trāleamus, an ei debeatur aliquid, qui nobis iniuitus profuit. Hoc apertius potui dicere, nisi ppositio deberet esse cōfūlōrū, ut distinctio statim subsecuta oftenet utrūq; queri. An ei debeberimus, qui nobis dum non uult, profuit, & an ei qui dum nescit. Nam si quis coactus aliquid boni fecit, qui nos nō obliget, manifestius est, tā ut uila in hoc uerba impendenda sint. Et haec quæstio facile expeditur, & si qua similis huic, moueri potest. Si totiens illo cogitationem nostram cōuerterimus. Beneficium nullum est, nisi quod ad nos primum aliqua cogitatio defert, deinde amica & benigna. Itaq; nec fluminibus gratias agimus, tā magna nauigia patientur, & ad subuehendas copias largo ac perenni alueo currunt, aut piscoſa & amena pinguis aruis interfluat. Nec q̄ Nilo beneficium debere se iudicat, non magis tā odium, si immodus superfluxit, tā dec̄ recessit. Nec uentus beneficium dat, licet lenis & secundus aspireat, nec utilis & salubris cibis. Nam qui beneficium mihi datus est, debet non tantum prodesse, sed uelle. Ideo nec multis animalibus quicq; debetur. Et q̄ multos & periculo uelocitas equi rapuit. Et q̄ multos auctū laborates, ramorum opacitas texit. Quid autem interest, utrum mihi qui nescit, profuerit, an qui scire non potuit? Cum uelle defuerit. Quid autem interest utrum me iubeas nauī aut uehiculo, aut lancea debere beneficium, an ei, qui aque tā ista propositum beneficiandi nullum habeat, sed profuit calu?

* **B**eneficium aliquis nesciens profecto accipit nemo a nesciente. Quomodo multos fortuita sanant, nec ideo remedia sunt, & in flumen aliqui cecidisse frigore magno, causa sanitatis fuit, quomodo quorundam flagellis quartana discusia est, & mētēs repentinus animū in aliam curam auertendo suspectas horas fefellit. Nec ideo quicq; horum etiam si salutē fuit, salutare est. Sic quidam nobis prosunt, dū nolunt, immo, quia nolunt, non tamē ideo illis beneficium debemus. Quid si pernicioſa illorum consilia fortuna deflexit in melius? an existimas me debere ei quicq;, cuius manus cum me peteret, percussit hostem meum, qui nocuisset, nisi errasset. Saepē hostis dū aperte peierat, etiā ueris testibus abrogauit fidem, & reum uelut factione circumuentum miserabilem reddidit. Quosdam ipsa quae premebat potentia eripuit, & iudices quē dā naturi erant caufa, damnare gratia noluerunt. Non tamē hī beneficium dederunt, si quis profuerint. Quia telum quo missum sit, nō quo peruenit, queritur. Et beneficium ab iniuria distinguit, non eventus, sed animus. Aduerſarius meus, dum contraria dicit, & iudicem superbia offendit, & unum testem temere dimittit, causam mean erexit. Nō queri pro

to an pro me errauerit, quia contra me voluit. Empe ut gratis sim, uelle debo idem facere quod ille, ut beneficium daret, debuit. Nam quid est iniquus homine, qui eum odit, a quo in turba calcatus, aut respersus, aut quo nollet impulsus est? At quid est aliud, quod illū querelae existat, cum in re sit iniuria, quam tā extat nescisse quid faceret, eadem res efficit, ne hic beneficium dederit, ne ille iniuriā fecerit. Et amicum & inimicum uoluntas facit, q̄ multos militia morbus eripuit, quosdam ne ad ruinam domus sua occurrerent, inimicius uadimonio tenuit, ne in piratarum manus peruenirent, quidam naufragio consecuti sunt. Nec his tamē beneficium debemus, quoniam extra sensum officij casus est, nec inimico cuius nos lis exercuit, dum uexat ac detinet. Nō est beneficium, nisi quod a bona uoluntate proficitur, nisi illud agnoscat, qui dedit, profuit aliquis mihi dum nescit, nō illi debo. Profuit cum uellet nocere, imitabor ipsum. *

Ad primum illud revertamur, ut gratiam referam aliquid me uis, ipse ut beneficium mihi daret nihil fecit, ut alterum transeamus, uis me huic gratiam referre, ut quod a nolente accepi, uolens reddam. Nam quid de tertio loquar? qui ab iniuria in beneficium delaplus, ut beneficium tibi debeam. Parum est noluisse dare, ut debeam non satis est, uoluisse. Beneficium enim uoluntas nuda nō efficit, sed quod beneficium esset, si optimā ac plenissima uoluntati fortuna desset. Id aequē beneficium non est, nisi fortunam uoluntas antecedat. Nō enim profuisse te mihi oportet, ut ob hoc tibi obliger, sed ex destinato profuisse.

Cleantes exemplo eiusmodi nititur, ad querēdūm, inquit, & accersendum ex acadēmia Platōnē, duos pueros misi. Alter totam porticum perscrutatus ē, alia quoq; loca in quibus illum inueniri posse sperabat, percurrit, & domū non minus lassus tā iritus rediit. Alter apud proximum circulatorē resedit, & cū uagus atq; errorne ueernaculis congregatur & ludit, transeuntēm Platōnē, quem nō querierat, inuenit. Illum, inquit, laudabilis puerum, qui quantum in se erat, quod iussus est fecit. Hunc feliciter ineritem castigabimus. Voluntas est, qua apud nos ponit officiū, cuius uide quæ conditio sit, ut me debito obstringat. Parum est illi uelle, nisi profuit, parū est profuisse, nisi uoluit. Puta enim aliquem donare uoluisse, nec donasse. Animū qui dem eius habeo, sed beneficium non habeo, quod consummat & res & animus. Quemadmodum ei qui uoluit mihi pecuniam credere, sed nō dedit mihi, nihil debo. Ita ei qui uoluit mihi beneficium dare, sed non potuit, amicus quidem ero, sed nō obligatus. Et uolo illi aliquid prāstare, nam & ille uoluit mihi. Ceterum si benigniore fortuna usus praefitero, beneficium dederō, non gratiam retulero, ille mihi gratiam debet referre. Huic initium a me siet gratia.

Inelligo iam quid uelis querere. Non opus te dicere, uultus tuus loquitur. Si quis sua causa nobis profuit, ei ne, inquis, debetur aliquid. Hoc enim saepē te conquarem audio, quod quādam quā homines sibi praeſtant, alijs imputant. Dicā mihi Liberalis, sed prius hanc questiūculam diuidam, & rem aequalē ab iniquā separabo. Multum enim interest utrum aliquis beneficium nobis det sua causa, an nostra, an sua & nostra. Ille qui totus ad se spectat, & nobis prodest, quia aliter sibi prodesse non potest, eo loco mihi est, quo qui pecori suo hybernum & aestuum pabulum prospicit, eo loco quo qui captiuos suos ut commodius ueneant, pacit, & opimos boues saginat ac defrigat, quo lanista, qui familiam suam summa cura exercet atq; ornat. Multum (ut ait Cleanthes) a beneficio distat negotiatio.

Ruſus non sum tam iniquus, ut nihil ei debeam, qui cum mihi utilis esset, fuit & sibi. Non enim exigo, ut sine respectu lui mihi consulat, immo eriam opto ut beneficium mihi datum, uel magis danti profuerit, dummodo id qui dabant duos intuens dederit, & inter me leq; diuiserit, licet id ipse ex maiore pte posse. Si modo me in confitum admisit, si duos cogitauit, ingratus sum, non solum insuffus, nisi gaudeo hoc illi profuisse, quod proderat mihi. Summa malignitatis est, non uocere beneficium, nisi quod dantē aliquo incompmodo affectit. Aliter illi qui beneficium dat sua causa, respōdebo. Quare potius te mihi, profuisse dices, tā me tibi. Puta, inquit, aliter fieri non posse

non posse me magistratum, si decem captos ciues ex magno captiutorum numero redemero. Nihil debebis mihi, cum te seruitute ac tunculis liberaueris. At q̄ mea id cœla faciam, aduersus hoc respondebo, aliquid istius tua causa facis, aliquid mea. Tua, q̄ redi mis me, tibi enim ad utilitatem tuam satis est, quo liber redemisse. Itaq; debeat, nō quod redimis me, sed quod eligis. Poteras enim & alterius redemptione idem cōsequi, quod utilitatem rei partis tecum, & me in beneficium recipis, duobus p̄futurum. Prafers me alijs, hoc tecum mea cœla facis. Itaq; si prætorem te factura eset decem captiutorum redemptio, decem autem soli captiui essemus. Nemo quicq; tibi deberet ex nobis, quia nihil haberes quod cuiq; imputares, a tua utilitate seductum. Non sum iniquus beneficij interpres, nec defydero illud nihil tantum dari, sed & tibi.

* **Q**uid ergo, inquit, si sortiri nomina nostra Cimici iussissent, & tuum nomen inter redimendos exisset, nihil deberes mihi: immo deberem, sed exigū. Quid sit hoc dicam. Aliquid mea causa facis, quod me ad fortunam redemptiōis admittis, quod nomen meum exit, sorti debeat, quod exire potuit tibi. Aditū mihi ad beneficium tuum dediti, cuius maiorem partē fortuna debeat, sed hoc ipsum tibi, quod fortuna debere potui, illos ex toto præteribo, quorum mercenariū beneficium est, quod qui dat, non computat cui, sed quanti daturus sit, quod undiq; in se conuersum est. Vendit mihi aliquis frumentum, uiuere non possum nisi emero, sed nō debeat uitam, quia emi. Nec q̄ necesarium fuerit, aestimo, sine quo uiuatur non fui, sed q̄ ingratus, quod non habuisssem, nisi emissem, in quo inuenendo mercator non cogitauit, quantum auxiliū allaturus eset mihi, sed quantum lucri sibi, quod ei non debeat.

Isto modo, inquit, ne medico quidem debere te, nisi mercedulam dicas, nec præceptor, quia aliquid numeraueris. Atqui omnī horū apud nos magna charitas, magna reverentia est. Aduersus hoc responderetur, quadam pluris esse, q̄ emunt. Emis a medico rem inestimabilem, uitam ac ualitudinem bonam, a bonarum artū præceptore studia liberalia, & animi cultum. Itaq; his nō rei preciū, sed opera, soluitur, quod deseruant, quod a rebus suis auocati nobis uacant. Mercedem non meriti, sed occupationis sua ferunt. Aliud tamen dici potest uerius, quod statim ponam, si prius quomodo istud refelli possit, ostendero.

Quādam, inquit, pluris sunt q̄ uenierunt, & ob hoc aliquid mihi extra pro illis cuiusc̄ rei pro tempore est. Cum bene ista laudaueris, tanti sunt, quanto pluris uenire non possunt. Præterea nihil uendori debet, qui bene emit. Deinde etiam si pluris ista sunt, non tamen ullum istuc tuū munus est, ut non ex usu effectuue, sed ex cōsuetudine, & antona aestimetur. Quod tu præcium ponis traiicienti maria, & per mediū os fluctus, cum e terra suspectu recessit? Certam lecianti uiam, & propicieti futuras tē pestates, & se curis omnibus liberare subenti, & subito uela stringi, armamenta dimitti, p̄ artes ad incursum procella, & repentinum impetum stare. Huic tamen tātae rei præmit uictoria persoluit. Quantū aestimas in solididine hospitium, in imbre testum, in frigore balneum, aut ignem. Scio tamen quantū ista consecuturus diuersorū subeam, quantū nobis præstat notum est, qui labentem domum iuspici, & agentem ex imo rimas, insulam incredibili arte suspendit, certo tamen & leui precio fultura subducitur. Murus nos ab hostibus tutos, & a subitis latronum incursionibus præstat. Notum est tamē illas turres pro securitate publica propugnacula habituras, quas excitaturus faber, quid in diem mereatur, pacificetur.

Infinium erit, si latius exempla conquirāram, quibus appareat, paruo magna cōsta-re. Quid ergo, quare non medico & præceptor plus quidem debeat? nec aduersus illos mercede defungor? Quia ex medico ac præceptore in amicum transeūt, & nos non arte quam uendunt, obligant, sed benigna & familiaria voluntate. Itaq; medico qui nihil amplius q̄ manum tāgit, & me inter eos, quos perambulat ponit, sine ullo affectu facienda uitandaue præcipiens, nihil amplius debeat, quia me nō tāctū amicū uidit, sed

uidit, sed tanq; īmperatorem. Ne præceptorem quidem habeo cur uenerer, si me in grege discipulorum habuit, si non putauit dignum propria & peculiari cura, si nunq; in me direxit animū, & cum in medium effunderet, quæ sciebat, non didici, sed excepti. Quid ergo est, quare istius debeat multum, non quia pluris est quod uendiderūt q̄ emimus, sed quia nobis ipsi aliquid præstiterunt, ille plus impēdit, q̄ medico necesse est. Pro me non pro fama artis extinxit. Non fuit contentus remedia monstrare, sed admonuit. Interea sollicitus asfedit, ad suspecta tempora occurrit. Nullum ministerium oneri illi, nullum fastidio fuit. Gemitus meos non securus audiuit. In turba multorum inuocātū, ego illi potissima curatio fui. Tantum alijs uacauit, quantum mea ualutudo permiserat. Hic ego non tanq; medico, sed tanq; amico obligatus sum. Alter rursus in docēdo, & laborem & tedium tulit, præter illa quæ a præcipientibus in cōmune dicuntur, aliqua stillauit ac tradidit, hortando bonam indolem erexit, & modo laudibus affectit animū, modo ad monitionib; discussit desidiā. Tum ingenii latens & pigrū innecta (ut ita dicam) manus extraxit, nec quæ sciebat, maligne dispensauit, quo diutius eset necessarius, sed cupit si posset uniuersa trāfūdere. Ingrat⁹ sum, nisi illū inter gratissimas necessitudines diligō.

Sordidissimorum quoq; artificiorum institutoribus supra cōstitutum aliquid adiecinus, si nobis opera illorum enixior uisa est, & gubernatori, & opifici utilissimæ mercis, & in diem se locanti corollarium aspergimus. In optimis uero artibus quæ uitam aut conseruant, aut extollunt, qui nihil se plus exigit debet q̄ pepigī, ingrat⁹ est. Adiice quod talium studiorum traditio miscet animos, hoc cum factum est tam medico q̄ præceptori præcium operæ soluitur, animi debetur.

Platoni cum flumen naue transisset, nec ab illo quicq; portitor exegisset, honori hoc suo datum credens, dixit positum illi esse apud Platонem officium. Dein de paulopost, cum alium atq; alium gratis eadem transueheret sedulitate, negauit ille iam apud Platонem positum officium. Nam ut tibi debeat aliquid, quod præstas, debes non tantum mihi præstare, sed tanq; mihi. Non potes ob id quenq; appellare, quod sparsis in populū. Quid ergo, nihil tibi debetur pro hoc tanq; ab uno, nisi cum omnibus soluam, quod tibi cum omnibus debeat.

Negas, inquit, ullum dare beneficium eum, qui me gratuita nauē per flumen Padi luit. Nego. Aliquid boni facit, beneficium non dat. Facit enim sua causa, at utiq; non mea. Ad summam ne ipse quidem se mihi beneficium iudicat dare, sed aut. R. P. aut uicinia, aut ambitioni sua præstat, & pro hoc aliud quoddam commodum expectat, q̄ quod a singulis recepturus est. Quid ergo, inquit, si princeps ciuitatem dederit omnibus Gallis, si immunitatē Hispanis, nihil hoc nomine debebunt? Quid ni debeant? Debebunt autem non tanq; propriū beneficium, sed tanq; Ro. Po. partem. Nullam, inquit, habuit cogitationem mei illo tempore, quo uniuersis proderat. Noluit mihi proprie ciuitatem dare, nec in me direxit animū. Ita quare ei me sibi non substituit, cum facturus eset, quod fecit: Primum, cum cogitauit Gallis omnibus prodes & mihi cogitauit prodes. Eram enim Gallus, & me etiam si non mea, publica tamen uota comprehendit. Deinde ego quoq; illi non tanq; propriū debebo, sed commune munus ex populo non tanq; pro me soluam, sed tanq; pro patria conferam.

Siquis patria mea pecuniam credit, non dicam mihi illius debitorem, nec ex hoc as alienum profitebor, aut candidatus, aut reus, ad exoluendum tamen hoc, portio nem meam dabo. Sic istius muneris quod uniuersis datur, debitorem me nego, quia dedit quidem, sed non propter me, & mihi quidem, sed nesciens an mihi daret. Nihilominus aliquid mihi dependendum sciam, quia ad me quoq; circuitū longo p̄uenit. Propter me factum debet esse, quod me obliget. Isto, inquit, modo, nec Luna, nec Soli quicq; debes. Non enim propter me mouentur, sed cum in hoc moueātur, ut uniuersa conseruent, & pro me mouentur. Uniuersorum enim pars sum. Adiice nūc, quod nostra & horum conditio dissimilis est. Nam qui mihi prodest, ut pro me proslit & sibi, non dedit beneficium, quia me instrumentum utilitatis fecit. Sol autem & Luna etiam si nos prosluit sua cœla, non in hoc tamen prosluit, ut per nos prosluit sibi. Quid enim nos conferre illis possumus?

Etiā inquit

ETiam, inquit, solem ac lunam nobis nolle prodeesse, si nolle potuerint, illis autem non licet non moueri. Ad summam consistant, & opus suum intermittat. Hoc uide de quod modis refellatur. Non ideo minus uult, qui non potest nolle. Ergo magnum argumentum est firmae uoluntatis, ne mutare quidem posse. Vir bonus non potest non facere, quod facit. Non enim erit bonus, nisi fecerit. Ergo nec bonus uir bene ficiunt dat, quia facit quod debet. Praterea multum interest, utrum dicas. Non potest hoc non facere, quia cogitur, an non potest nolle. Nam si necesse est illi facere, non debeo ipsi beneficium, sed cogenti. Si necesse est illi uelle ob hoc, quia nihil est melius quod uelit, ipse se cogit. Itaque quod tanquam coactio non deberem, tanquam cogenti debeo. Desinat inquit uelle. Hoc loco tibi occurrat. Quis tam demens est, ut eam neget uoluntatem esse, cui non est periculum desinendi uertendic se in contrarium? Cum ex diuerso nemo aequo uide debeat uelle, quod cuius uoluntas uel eo certa est, ut alterna sit. An si is quoque uult, qui potest statim nolle, is uidebitur uelle, in cuius naturam non cadit nolle?

A Gedum, inquit, si possunt, resistant, hoc dicis, omnia ista ingentibus interuallis diducta, & in custodiā uniuersi disposita, stationes suas deserant, subita confusione rerum sydera syderibus incurvant, & rupta rerum cōcordia in ruinam diuturnam labantur, contextuque uelocitatis citatissima, etiam tot secula promissas uices in medio itinere destituat, & quae nunc eunt alternis redeuntque oportunitate libramentis, mundum ex aequo temperantia, repentinō concrementur incendio, & ex tanta uarietate soluantur, atque eant in unum omnia. Ignis cūcta possideat, quae deinde pigratio nox occupet, & profunda uorago tot deos forbeat. Sit tanti ut tu coauguereris ista coedere, possint tibi etiā inuitu, euntque ista tua causa, etiam si maior illis alia, ac prior causa ē.

ADIC nunc, quod non externa cogunt deos, sed sua illis in lege aeterna uoluntas est, statuerunt quae non mutarent. Itaque non possunt, perleuerare uoluerant. Nec unque primi consilii deos ponevit. Sine dubio stare illis, & descissere in contrarium non licet. Sed non ideo, quia ius suo illos in proposito tenet, in imbecillitate permanēt. Sed quia non licet ab optimis aberrare, & sic ire decretum est. In prima autem illa cōstitutione, cū uniuersa disponerent, etiam nostra uiderunt, rationemq; hominis habuerunt. Itaque non possunt uideri sua tantum causa decurrere, & explicare opus suum, quia pars operis suus & nos. Debemus ergo & soli, & luna, & ceteris stellis beneficium. Quia etiam si posteriora illis sunt, in qua oriuuntur, nos tamen in maiora ituros iuvant. Adic quod destinato iuvant. Ideoq; obligati sumus, qui non in beneficium ignorantiū incidimus. Sed hæc quae accipimus, accepturos scierunt, & quanque maius illis proponitur, sitque major actus sui fructus, & seruare mortalitatem, tamen in nostris quoque utilitates a principio rerū premissa res est, & is ordo mundo datus, ut appareat cura nostri non inter ultima habitat. Debemus parentibus nostris pietatem, & multi non ut gignerent coierant. Dij nō possunt uideri nescire, quid effecturi essent, cum omnibus aliamenta protinus, & alia prouiderint. Nec eos per negligientiam genuere, quibus tam multa generabant. Cogitauit enim nos ante natura q̄ se fecit. Nec tam leue opus sumus, ut illi potuerimus excidere. Vide quantū nobis permisit, q̄ non intra homines tantum, sed supra cuncta animantia humani imperij conditio sit. Vide in quantum corporibus uagari liceat, quae coercuit sine terrarum, sed uicem in partem sui misit. Vide animi quantum audeant, quemadmodū soli aut non uerint deos, aut querant, & mente in altum data, diuina comitentur. Scies nō esse hominem tumultuarium & incogitatum opus. Inter maxima rerum suarum natura nihil habet, quo magis glorietur, aut certe cui glorietur. Quantus iste furor est, controuersia dīj muneris sui facere. Quomodo aduersus eos hic erit gratus, quibus gratia referri sine impedio non potest. Quis negat ab his accepisse se, a quibus q̄ maxime accepit? q̄ & semper daturi sunt, & nunquam recepturi. Quanta autem perueritas, ob hoc alicui nō debere, quia etiam insificanti benignus est, & continuationem ipsam seriemq; beneficij argumentum uocare necessaria dantis. Nolo, sibi habeat, quis illum rogarit & omnes alias impudentis animi uoces his astruat. Non ideo de te minus meretur is, cuius liberalitas ad te etiam dū negas peruenit, cuiuscumque beneficio, uel hoc maximū, qd̄ etiā querenti daturus est.

Non uides

NON uides quemadmodū teneram liberorum infantiam, paretes ad salubritatem patientiam cogant. Flentium corpora, ac repugnantium, diligenter cura fuerunt, & ne membra libertas immatura detorqueat, in rectum exitum constrinxunt, & mox liberalia studia inculcant, adhibito timore noalentibus, ad ultimum audacem iuuentam frugalitati, pudori, moribus bonis, si parum sequitur, coaptant, & applicant. Adolescentibus quoque, ac iam potentibus suis, si remedia metu, ac intemperantia rejiciunt, ius adhibetur, ac seruitus. Itaque beneficiorum maxima sunt, quae a parebibus acceptimus, dum aut nescimus, aut nolumus.

His ingratis & repudiantibus beneficia, non quia nolunt, sed ne debeant, similes sunt ex diuerso nimis grati, qui aliquid incommodi precari solent, his quibus obligati sunt, aliquid aduersi, in quo affectum memorem accepti beneficij approbant. Adolescentibus quoque, ac iam potentibus suis, si remedia metu, ac intemperantia rejiciunt, ius adhibetur, ac seruitus. Itaque beneficiorum maxima sunt, quae a parebibus acceptimus, dum aut nescimus, aut nolumus.

Non nocet illi uotum meum, inquit, quia simul opto & periculum & remedium. Hoc dicis non nihil te peccare, sed minus q̄ si sine remedio periculum optares. Nequita est, ut extrahas mergere, euertere ut luscites, ut emittas icludere. Non est beneficium infuriae finis, nec unquam id detraxisse meritum est, quod ipse qui detraxit, intulerat. Non vulneras me malo, q̄ saines. Potes inire gratiam, si quia vulnera sunt sanas, non si uulnras, ut sanandus sim. Nutque cicatrix nisi collata uulnra placuit, quod ita coisse gaudemus, ut non fuisse mallemus. Si hoc ei optares, cuius nullū beneficium haberes, inhumanus erat uotum, quanto inhumanius ei optes, cui beneficium debes.

Sicut, inquit, ut possem ferre illi opem precor. Primum ut te in media parte uoti tui occupem, iam ingratis es. Nondum audeo quid illi uelis praestare, scio quid illum uelis pati. Sollicitudinem illi & metū, & maius aliquod imprecari malum, ut ope indigeat. Hoc contra illum est. Optas, ut tua indigeat ope. Hoc pro te est, non succurrere uis illi, sed soluere. Qui sic preparat solui, uult non soluere. Ita quod unū in uoto tuo honestum uideri poterat, illud turpe & ingratis est, nolle debere. Optas enim non ut facultatem habeas referendā gratia, sed ut ille necessitatē implorādae. Superiorē tem facis, & quod nefas est, benemeritum ad pedes tuos mittis. Quanto satius est honesta uoluntate debere, q̄ per malam rationē soluere. Si inficiaris quod acceperis, miseras peccares. Nihil enim nisi quod dederat, amitteret. Nunc uis illum subiecti tibi factura rerum suarum, & status mutatione in id deuocare, ut infra beneficia sua iaceat. Gratū te reputabo, coram eo, cui prodesse uis opta. Votum tu istud uocas, quod inter gratum & inimicum potest diuidi, quo non dubites aduersariū & hostem fecisse, si extrema ta centur. Hostes quoque optauerunt capere quoddam urbes, ut seruaret, & vincere quodslā, ut ignoscerent. Nec ideo non hostilia uota, in quibus quod mitissimum est, post crudelitatem uenit. Denic qualia esse iudicas uota, quae nemo tibi minus uoleat, q̄ is pro quo fuerit, succedere. Pessime cum eo agis, cui uis a dīj noceri, a te succurri. Inique cū ipsis dīj. Illis enim durissimas partes imponis, tibi humanas. Ut tu profis, dīj nocebunt. Si accusatorem submitteres, quem deinde remoueres, si aliqua illum lite implicares, quam subinde discuteres, nemo de tuo scelere dubitaret. Quid interest, utrum istud fraude tētetur, an uoto? Nisi quod potentiores illi aduersarios queris. Non est quod dicas, quomodo f enīm illi

enim illi iniuriam facio. Votum tuum aut superuacuum est, aut iniuriosum, immo iniuriosum, etiam si irritum. Quicquid non per uotum tuum effici, dei munus est. Iniuria uero, quicquid optas, sat est tibi. Non aliter debemus irasci, q̄ si profeceris.

Siuora, inquit, ualuiscent, & in hoc ualuiscent, ut tutus es, primū certū mihi optas periculum sub incerto auxilio. Deinde utrūq̄ certum puta. Quod nocet, prius ē. Præterea tu conditionem uoti tui nosti, me tempes̄as occupauit, portus ac præst̄ū dubium. Quantum exultimas tormentum, etiam si accepero, eguisse? etiam si seruatus fuero, trepidasse? etiam si absolutus fuero, causam dixisse? Nullius metus rā gra-
tus est finis, ut non gravior sit solidae & inconclusa securitas. Opta ut reddere mihi benefi-
cium possis, cum opus erit, non ut opus sit. Si eset in tua potestate qđ optas, ipse fecisses.

Vanto hoc honestius uotum est, opto in eo statu sit, quo semper beneficia di-
stribuat, nunq̄ defyeret. Sequatur illum materia, qua tam benigne utatur lar-
giendo iuandog, ut nunq̄ illi sit dandorum beneficiorum inopia, datorū poe-
nitentia. Naturam per se pronam ad humanitatē, ad misericordiā & irritet, ac
prouocet turba gratorum. Sed quod illi & habere contingat, nec experiri
necessē sit. Ipse nulli implacabilis sit, ipsi nemo placandus, tam æquali in eum fortuna in-
dulgentia perseveret, ut nemo in illum possit esse, nisi conscientia gratus. Quāto hæci ui-
storia uota sunt, qua nullam occasionē differunt, sed gratū statim faciunt. Quid enim pro-
hibet referre gratiam prosperis rebus? Quāmulta sunt, per quæ quicquid debemus, redi-
dere etiam felicibus possumus. Fidele consilium assidua conuersatio, sermo cōmūnis, &
sine adulatore iucundus, aut res si delibera uelit diligētes, tu te sic credere cōuictus fa-
miliaritas. Nemine tā alte feciūda posuerūt, ut nō illi eo magis amicus desit, q̄ nihil absit.

* **I**sta tam tristis est, & omni uoto submouenda occasio, ac procul repellenda, ut gra-
tus esse possis, iratis Dijs opus est. Nec ex hoc quidem peccare te intelligis, quod
melius cum eo agitur, cui ingratus es, propone in animo tuo carcerem, uincula, sor-
des, seruitutem, bellum, egestatem. Hā sunt occasionses tui uoti, si quis tecum traxit per ista dimittitur. Quin potius eum potente esse uelis, cui plurimū debes & beatum?

* **Q**uid enim (ut dixi) uetus te referre, etiā summa felicitate præditis gratiam, cuius plena ti-
bi occurrit & uaria materia? Quid tu nesci debitus etiam locupletibus solui, nec te in-
uitum disfrangam. Omnia sane excluderit opulēta felicitas, monstrabo tibi, cuius rei ino-
pia laborant magna fāstigia. Quid omnia possidentibus desit. Sic licet ille, qui uerum di-
cat, & hominē inter mentientes stupente, ipsaq̄ cōsuetudine pro rectis blanda audiēdi
ad ignorantia ueri perductum, uindicet a consensu cōtemptus falorū. Nō uides quē
admodū illos in præcepis agat extincta libertas, & fides in obsequiū seruile submissa, dū
nemo ex animi sui sententia suadet, dissuadetq̄, sed adulanti certamē est, & unū amico-
rum omnī officium, una contentio, quis blandissime fallat. Ignorauerū uires suas, & dū
se tam magnos q̄ audiuī credunt, attraxerū superuacua, & in discrimen rerum omniū
peruentura bella. Utilem & necessariā rupere concordiam, secuti iram, quam nemo re-
uocabit, multorum sanguinem hauerūt, fusuri nouissime suū, dum hāc sape uidisti, iu-
dicant inexplorata pro certis, flectiq̄ non minus existimant turpe q̄ uinci, & perpetua
credunt, quæ in summū perducta maxime nutant. Ingentia super te ac sua regna frege-
runt, nec intelleixerunt in illa scena & uanis & cito diffuentibus bonis refugēte, ex eo
tempore ipsos nihil non aduersi expectare debuisse, ex quo nihil ueri audire potuerūt.

* **C**um bellum Gracia indiceret Xerxes, animū tumentē oblitusq̄, q̄ caducis co-
fideret, nemo non impulit. Alius aiebat, non laturos nuncios bellī, & ad primā
aduentum famā, terga uersuros. Alius nihil esse dubij, quin illa mole non uincit,
solum Gracia, sed obrui posset, magis uerendū, ne uacuas desertasq̄ urbes in-
inuenirēt, & profugis hostibus uasta solitudines reliquerentur, nō habituris, ubi tantas
uires exercere possent. Alius illi uix rerū naturā sufficeret. Angusta esse classibus maria,
militi castra explicādis equestribus copijs campestria, uix patere cœlū sagittis ad emit-
tenda oia manu tela. Cū in hunc modū multa undiq̄ iactarent, que hominē nimia asti-
matione sui furentē cōcūtarent, Demaratus Lacedaemonius solus dixit, ipsam illā qua si
bi placeret multitudinē indigestā & grauē, metuenda esse ducenti. Nō enim uires, sed
pondus ha-

pondus habere. Vi modica nunq̄ regi posse, nec diu durare, quicquid stare non potest:
In primo, inquit, statim monte Lacones obiecti, dabunt tibi sui experimentū. Tot ista ge-
tium milia trecenti morabuntur, harebit in ueltigō fixi, & emissas sibi angustias tuebū-
tur, & corporibus obstruent. Tota illos Asia non mouebit loco. Tātas minas bellī & pe-
ne totius generis humani ruentis impetum, paucissimi sustinebunt. Cum te mutatis legi-
bus suis natura transmiserit, in semita hærebis, & estimabis futura damna, cum cōputaue-
ris quanti tibi Thermopylarū angusta constiterint. Scies te fugari posse, cū scieris posse
retineri. Ceden quidē tibi pluribus locis uelut torrēs modo oblati, cuius cum magno
terrore, prima uis defluit. Deinde hinc atq̄ illinc coorientur, & tuis uitribus præment.
Verū est quod dicitur, maiore bellī apparatu esse, q̄ recipi ab his regionibus possit, quas
oppnēare constituis. Sed hac res contra nos est. Ob hoc ipsum te Gracia uincet, q̄a non
capit. Vt ito te non potest. Præterea quæ una rebus salus est, occurrere ad primos re-
impetus, & inclinatis opem ferre non poteris, nec fulcire ac firmare labentia, multo ante-
uinceris, q̄ uictum esse te sentias. Ceterum nō est, quod exercitum tuū ob hoc sustineri
putes non posse, quia numerus eius duci quoq̄ ignotus est. Nihil tam magnū est, quod
perire non possit, cuius nascitur in pernicie, ut alia acquiescant, ex ipsa magnitudinis sua
causa. Acciderunt quæ Demaratus prædixerat, diuinā atq̄ humana impellente, & muta-
tem quicquid obliterat trecenti stare iussérūt. Stratūs per totā Graciā passim Xerxes
intellexit, quantū ab exercitu turba distaret. Itaq̄ Xerxes pudore q̄ dāno miserior, Dei
marato gratias egit, quod solus sibi uerū dixisset, & permisit petere quod uellet, petit il-
le ut Sardis maxima Asia ciuitatē curru uectus intraret, rectam capite tiaram gerens, id
solis datum regibus. Dignus fuerat præmio anteq̄ peteret, sed cōmiserabilis gens, in qua
nemo fuit, qui uerum dicere regi, nisi qui dicebat sibi.

* **I**luu Augustus filiam intra pudicitia maledictā impudicam relegauit, & flagi-
tia principis domus in publicum emisit. Admissos gregatim adulteros, per-
erratam nocturnis cōmissionibus ciuitatē, forum ipsum ac rostra quib⁹ pa-
ter legem de adulterijs rulerauit, filias in stupra placuisse. Quotidianū ad Mari-
siā concursum, cum ex adulteri in quæstuarium uerā, ius omnis licetia sub signo ad-
ultero peteret. Hæc tam uindicāda principi, q̄ tacēda (quia quarundā rerum turpitudo
etiam ad uindicāndē reddit) parum potens ire, publicauerat. Deinde cum interpolito tem-
pore in locū ire subiūset uerecundia, gemens, quod non illa silentio presulset, quæ tā diu
nescierat, donec loqui turpe eset, sape exclamauit. Horum mihi nihil accidisset, si aut
Agrippa, aut Meccenas uixisset. Adeo tot habentī milia hominū duos reparare difficile
est. Cæsa sunt legiōes, & protinus scripta. Fracta classis, & intra paucos dies narrauit no-
ua. Sæuitum est in opa publica ignibus, surrexerūt meliora cōlumptis. Tota uita Agrip-
pæ & Meccenatis uacauit locus. Quid putem, defuisse similes qui affumerent, an ipsius
uitium fuisse, qui maluit queri, q̄ querere? Non est quod exultimēmus Agrippā & Me-
cenatē solitos illi uera dicere, qui ilū uixissent, inter dissimilates fuisse. Regalis ingenij
mos est, in præsentium contumeliam amissa laudare, & his uirtutem dare uera dicendi,
a quibus iam audiendi periculum non est.

* **S**ed ut me ad propositum reducam, uides q̄ facile sit, gratiā referre felicibus, & in
summō humanarū opum positis, dic illis non quod uolunt audire, sed quod audis-
se semp̄ uolent. Plena aures adulationibus aliquando uera vox intret. Da confu-
lum utile. Quarū quid felici præstare possit. Effice, ne felicitati sua credat, ut sci-
at illa multis & fidis manibus contiñenda. Parū in illū contuleris, si illi stultā fiduciā per-
mansura semper potentia excusseris, docuerisq̄ mobilia esse quæ dedit casus, & maiore
curlū fugere q̄ uenit, nec his portionibus quibus ad summā puerū est, retroiri, sed sa-
pe inter fortunā maximā & ultimā nihil interesse. Nescis quātū sit preciū amicitia, si nō
intelligis multū te ei daturū, cui te dederis amicitia. Rem nō dominus tantū, sed seculis ra-
ram, quæ nō alicubi magis deest, q̄ ubi credis abundare. Quid istos tu libros, quos uix
nomenclatorū complectis, aut memoria, aut manus, amicorū exultimas esse? Non sunt
qui agmine magno ianuā pullant, q̄ in primas & secundas admisiones digerunt. Conſue-
tudo ista uetus est regibus, regesq̄ simulatibus, populū amicosq̄ describere. Est propriū
f 2 superbia

superbia, magnō astimare int̄ oīstū, ac tacitū sui liminīs pro honore dare, ut hostio suo proprius asides, ut gradū prior intra domum ponas, in qua deinceps multa sunt hostia qua receptos quoq; excludunt.

A Pud nos prīmū omnī Gracchus, & mox Luius Drusus instituerunt segregare turbā suam, & alios in secretū recipere. Itaq; isti amicos, primos habuerūt, & secundos numq; ueros. Amicū vocas, cuius disponis salutatio, aut potest huius tibi patere fides, qui per fores maligne apertas non intrat, sed illabit. Hunc peruenire usq; ad distribuendā libertatem licet, cuius uulgare & publicum uerbum & p̄misceū. Ignotus non nisi suo ordine emititur. Ad quemcūq; itaq; istorū ueneris, quorum salutatio urbem concurrit, scito etiam si animaduerteris obfessos, ingenti frequentia uicos, & cōmētātiū in utrāq; partē cateruī itinerā compresa, tamen uenire te in locū hominibus plenum, amicis vacuū. In pectore amicus, non in atrio queritur, illo recipiendū est, illic retinendus est, & in sensu recondendus. Hoc doce, gratus es, male de te existimas, si inutilis es, nisi afflicto, si rubus tutis superuacuus. Quēadmodum te & in dubijs & in aduersis, & in latis sapienter geris, & dubia prudenter tractas, aduersa fortiter leta moderate, ita in omnia utilem te amico exhibere potes. Aduersa eius, si nec deserueris, nec optaueris. Multa nihilominus, ut non optes, in tanta varietate quā tibi materialē exercenda fidei praebeant, incident. Quemadmodū qui optat diuitias alicui in hoc, ut illorū partē ipse ferat, quis p̄ illo uideat optare, sibi p̄spicit. Sic qui optat amico aliquā necessitatē, qui adiutorio suo fidei discutiat, quod est ingrati, si illi prafert, & tanti existimat ilū mīlej; esse, ut ipse gratus sit, & ob hoc ip̄sum ingratus est. Exonerare em se uult, & gratia uincula liberare. Multū interēst, utrū p̄peres referre gratiā, ut reddas beneficū, an ut ne debeas. Qui reddere uult illius se cōmodo aptauit, & idoneū illi uenire tēpus uoleat, q̄ nihil aliud q̄ ipse liberari uult, q̄cūq; ad hoc cupiet puenire, qd̄ est pessima uoluntatis.

T Sta, inquis, nīmī festinatio ingrati est: id aptius exprimere non possum, q̄ si repeti uero quod dixi, nō uis reddere acceptum beneficū, sed effugere. Hoc dicere uideris, qui isto carebo quoq; mō mihi laborādū est, ne isti obligat⁹ sim. Si optares ut illi solueres de suo multum, abesse uideris a grato, hoc quod optas iniquus es. Execraris enim illum, & caput sanctū diri tibi imprecatione defigis. Nemo ut existimo de immanitate animi tui dubitaret, si aperte illi paupertatē, si captiuitatem, si famē, ac metum imprecareris. At quid interēst, utrum uox ista sit uoti tui? Sanius aliquid horum opta. Sciuī nūc & hoc esse gratum puta, quod ne ingratus quidē faceret, qui modo nō usq; in odīum, sed tantum ad inficiationem beneficij perueniret.

Q Vis pium dicit Aencam, si patriam capi uoluerit, ut captiuitate patrem eripiat. Quis Sículos iuuenes, ut bona liberis exempla monstrarēt, si optauerunt ut Actea immēla igniū supra solitū ardens, daretur ipsis occasio exhibēda pie tatis, ex medio parebil⁹ incēdio raptis? Nihil debet Scipioni Roma, si punicū bellū ut finiret, p̄feuerare maluit. Nihil Decijs, p̄ morte patriū seruauerūt si prius optauerant, ut deuotioni fortissimā locū, ultima rerū necessitas faceret. Grauissima infamia est, medici opus quarerat. Multi quos hauserant morbos, & reuocauerat, ut maiore gloria sanaret, nō potuerat discutere, aut cū magna miseria uexatioe uixerūt.

C Allistratum, aiunt, ita certe Hecaton autor est, cum in exilium iret, in quod multos simul cum illo sediōta ciuitas Athenarum, & intēperanter libera expulerat, optante quodā, ut Atheniensibus necessitas restituendi exules esset, abominatū talem, Rutilius noster animosus. Cum enim quidā illum consolatur, & diceret instare arma ciuilia, breui futurum, ut omnes exules reuerterent. Quid tibi, inquit, mali feci, ut mihi peiorē reditū, q̄ exitum optares. Malo, ut patria in exilio meo erubescat, q̄ reditū moreat. Non est illud exiliū, cuius neminē nō magis q̄d damnatum pudet, quemadmodū illi. Callistratus & Rutilius seruauerūt bonorē ciuitū officiū, qui reddi sibi penates suos noluerūt clade cōmuni, quia latius erat duos iniquō malo affecti, q̄ omnes publico. Ita non seruat gratiā hominis affectū, qui bene de se merentem difficultatibus uult opprimi, quas ipse submoueat, qui etiam si bene cogitat, male precat⁹, ne in patrociniū quidē, nedum in gloriam est, incendium extinxisse quod feceris.

In quibusdā

In quibusdam ciuitatibus impium notum, sceleris uicem tenuit.

D Emades Athenis certe eū qui necessaria funeribus ueditabat, damnauit, cū p̄baser magnū lucrum optas, quod contingere illi sine multorū morte nō poterat. Quā tamē solet, an merito damnatus sit. Fortasse optauit, non ut multis uaderet, sed ut paro sibi cōstant, quā uendituras eset. Cū constet negotiatio ejus ex emp̄to & uendituras. Quare uotū eius in unā partē trahis, cum lucrum ex utrag sit. Praterea omnes, licet qui in ista negociatione sunt, dannos, oēs idē em̄ uolūtū, id est, intra se optant. Magnam hominū partē damnabīs. Cui em̄ non ex alieno cōmodo lucrum. Miles bellum optat, in gloriam. Agricolam annona charitas erigit. Eloquenter p̄cūtiū exoptat lītū numerus. Medicis grauis annus est in quāstū. Institores deli catarum merciū, iuuentus corrupta locupletat. Nulla tēpestate, nullo igne laedant te, etiā iacebit opera fabrilis. Vnius uotū deprehensum est, omnī simile est. An tu Auruntū & Aterū, & ceteros q̄ captandoz & testamentoz artē professi sunt, non putas eadē habere, quā designatores & libitinaris uota? Illi quorū mortes optent, nesciūt. Hi familiarissimi queq; ex quo propter amicitiā rei plurimū est, mori cupiunt. Illorū damno nemo uiuit. Hos quisq; differt, exhaustur. Optane ergo nō tantū ut accipiāt, quod turpi seruitute meruerunt, sed etiam ut tributo graui liberentur. Nō est itaq; dubium, quin hi magis quod damnatū est, iū uno optet, quibus quisq; morte profuturus est, uita nocet. Omnītū tamen istorū uota sunt impunita. Deniq; se quisq; consulat, & secretū pectoris sui reddat, & inspiciat quid tacitus optauerit. Quāmulta sunt uota, quā etiam sibi facili puderit, q̄ pauca quā facere coram teste possimus.

Forte est il
tigantū nu
merus

S Ed nō q̄qd reprehendendū, etiā dānandū est, sicut hoc uotū amici, quod in manib⁹ est, male uentis bona uolūtate, & in id incidentis, qd̄ euītat. Nā dū gratū animū fe stinat ostēdere, ingratus est. Hic, ait, in potestate meā recidat, gratiā meā defydet, sine me saluus, honestus, tutus esse nō possit. Tā miser sit, ut illi bñticij loco sit, q̄qd reddit. Hinc Dīj circūueniāt, illinc domēstica infida, q̄ ego possim sol⁹ opprime/re. Instet potes inimic⁹ & grauis, infesta turba, nec inermis creditor urgeat & accusator.

V Ide q̄s aq;us, horū optare nihil, si tibi beneficū non dedisset, ut alia facēa, quā grauiora cōmittis, pessima p̄ optimis referendo, hoc certe delinquis, qd̄ non expectas suū cuiulq; rei tempus, quod aq;e peccat, qui nō sequit, q̄q antecedit. Quonodo non semp̄ beneficium recipiendū est, sic non utiq; redendū. Si mihi nō defyderant redderes, ingratus es, quanto ingratiō es, qui defydet, rare me cogis? Expecta. Quare subsidere apud te munus meū non uis? Quare obligatū moleste fers? Quare q̄s cū acerbo fōneratore resignare rationē parem p̄peras? quid mihi negocium quāris? Quid in me deos immittis? quonodo exigēs, qui sic redidis?

A Nte oia ergo Liberalis hāc discamus beneficia secure debere, & occasiōes redendorū obleruare, nō manu facere. Hanc ipsam cupiditatē primo quoq; tempore liberandū se, memērimus ingratiō esse. Nemo em̄ libenter reddit, quod inuitus debet, & quod apud se nō uult esse, onus iudicat esse nō munus. Quātuo melius ac iustius in promptu habere meritā amicorū, & offerre non ingerere, nec one ratum se iudicare. Quoniam beneficū cōmune uinculū est, & inter se duos alligat. Dic nihil moror, quo minus tuū revertatur, opto hilaris accipias, si necessitas alteruti nōstrū imminet, fatocq; quodā datū est, ut aut tu cogaris beneficū recipe, aut ego accipe, det potius qui solet. Ego paratus sum, nulla mora inter nos est, ostendam hunc animum, cum primum tempus aduenierit. Interim Dīj testes sunt.

S Oleo mihi Liberalis notare hunc in te affectū, & q̄si manu prendere uerentis & astuantis, ne in nullo officio sis tardior. Nec decet gratū animū sollicitudo cōtra summā fiduciā sui, & ex cōscientia uerū amoris dimissā est oīs anxietas. Tam cōui tūm ast recipie quod nō debes, q̄ non dare quod debes, hoc beneficij primū datū ius, ut recipiēndi tēpus det, qui dedit. Auereor ne hoies de me secius loquuntur. Male agit, q̄ famē, nō cōscientia gratus est. Duo istius rei iudices habes, illum quem potes. Quid ergo si nulla interuenierit occasio, semp̄ debebis, sed palam debebis, sed libenter debebis, sed cum magna uoluptate apud te depositū tueberis. P̄enitet accep̄t̄ beneficū

cepti beneficij, quem nondum redditum piget. Quare qui tibi dignus usus est, a quo accipere, indignus videatur, cui diu debeat.

In magnis erroribus sunt, qui ingentis animi credunt pferre dona, plurimū sinū ac domū replere, cū istū interdū non magnus animus faciat, sed magna fortuna. Ne sciant quāto maius ac difficulter sit capere, q̄ funderet. Nam ut nihil alteri detraha, quoniam utrumlibet uitrite par est, non minoris est animi beneficij debere, q̄ dare. Eo quidem operosius hoc q̄ illud, quo maiore diligentia custodiuntur accepta q̄ datur. Ideo non est trepidandū, q̄ cito reponamus, nec procurādū intempestive, q̄ aequē delinquit, qui ad ferendū gratiam suo tempore cessat, q̄ qui alieno operatur. Positum est illi apud me, nec illius nomine, nec meo timeo. Bene illi cautū est. Nō potest hoc beneficium perdere, nisi necū, imo ne mecum quidē. Egi illi gratias. Qui nimis de beneficio reddēdo cogitat, nimis cogitare alterū de recipiendo putat, p̄fstat se in utrūq; facilem, si uult recipere beneficium referamus, reddamusq; lati, illud apud nos custodiri mauult. Quid hēlātū eius eripimus? qd custodiā reculamus? Dignus est cui utrum uoleat, liceat. Opinionem quidē & famam eolo loco habeamus, tanq; non ducere, sed sequi debeat.

Sexti libri de Beneficijs finis.

LV. AN. SENECAE DE BENEFICIIS LIBER SEPTIMVS & ultimus.

adactis cuneis nō ut frangamus, ſed ut explicemus, elidimus, ſic ingenia uitio praua do-
lore corporis, animiq; corrīgimus. Nempe medicus primo in leibis uitij tetat, nō mul-
tum ex quotidiana cōſuetudine inſlectere, & cibis, potionibus, exercitationibus ordinē
ponere, ac ualeutinē tantū mutata uita diſpositione firmitate, proximū eſt, ut modus, pi-
cificia, ſi modus & ordo nō proficit, ſubducit aliqua & circumcidit, ſi non adhuc quidē re-
ſpondet, intercidit cibis, & abſtentia corpus exonerat, ſi fruſtra molliora celerunt, fe-
rit uenam, membrisq; ſi adharentia nocet, & morbum diffundunt, manus affert. Nec ul-
la dura uidetur curatio, cuius eſt ſalutaris effectus. Ira legum prāſidem, cūiatiscq; recto-
rem decet, qdū potest uerbis & mollibus hiſ ingenia curare, ut facienda ſuadeat, cupi-
ditatēq; honesti & aequi conciliat animis, faciatq; uitiorum odium, preciū uirtutis, tranſe-
at deinde ad tristiorē orationē, qua moneat adhuc & exprobret, nouissime ad poenas,
& has adhuc leues, & reuocabiles decurrat. Ultima ſupplicia ſceleris ultimū ponat, ut
nemo pereat, niſi quenq; perire etiā pereuntis interſit. Hoc uno medentibus erit diſſimi-
lis, quod illi quibus uitam non portuerunt largiri, facilem exitum prāſtant, hic damnatus
cum dedecore & traductiōe uitam exigit. Non quia delectetur illius poena. (Procul eſt
enim a ſapiē tam inhumana feritas,) ſed ut documentū omnī ſit, & qui alcui nolue-
runt prodeſſe, morte certe eorum respublica utatur. Non eſt ergo natura hominīs po-
ena appetens. Ideo nec ira quidē ſecundū naturam hominīs, qua poena appetens eſt. Et
Platonis argumētu afferam, quid enim prodeſſe alienis uti, ex parte qua noſtra ſunt. Vir
bonus, inquit, nō laedit, poena laedit, bono ergo poena nō cōuenit, ob hoc nec ira, quia po-
ena ira conuenit. Si uir bonus poena nō gaudet, nō gaudebit, ne in eo quidē affectu, cui
poena uoluptatis eſt, ergo nō eſt naturalis ira. Nunq; qdū ſit naturalis ira aſsumēda
eſt, quia utilis ſepe fuit. Extollit animos & incitāt, nec quicq; ſine illa magnificū in bel-
lo fortitudo gerit, niſi hinc flama ſubditā eſt, & hinc ſtimulus peragitauit, miſitq; in p̄e-
ricula audaces. Optimū itaq; quidē putat tēperare iram, nō tollere, eocq; detrahe quod
exundat, ad ſalutare modū cogere. Id uero retinere, ſine quo languebit actio & uis ac ui-
gor animi reſoluetur. Primum facilius eſt excludere pernicioſa qd̄ regere, & nō admittre,
qd̄ admissa moderari. Nam cū ſe in poſtſtione poſuerūt, potētiora rectore ſunt, nec
recidiſe minuine patiunt. Deinde ratio ipſa, cui frāni tradūt, tamdiu potes eſt, qd̄ diu
deducta

¶ quid homī
amicō amā-
tiū.

¶ Alt. ſecudus.

Afr. semi/
nibus.Alt. prodi-
cāContra Ari-
stotelem.

deducta est ab effectibus. Si miscuit se illis & inquinauit, nō potest continere, quos subi-
mouere potuerit. Cōmota em̄ semel & excusa mens, ei seruit quo impellitur. Quarū-
dā rerum initia in nostra potestate sunt, ulteriora nos sua ui rapit, nec regressus relin-
quat, ut in praeceps datis corporibus nullum sui arbitrium est, nec resistere morariue de-
fecta potuerunt, sed consilii omne & pœnitentia irreuocabilis præcipitatio abscedit, &
non licet eo nō peruenire, quo non ire licuisset, ita animus si in iram, amore, alioq̄ se p̄
fecit affectus, non p̄mittitur reprimere impetu, rapiat illum oportet, & ad imum agat
suū pondus, etiam uitorū natura proclivi. Optimū est primum irritamentū ira proti-
nus spernere, ipsiq̄ repugnare sensibus, & dare operā ne incidamus in iram, nam si coe-
perit ferre tranfuerlos, difficultis ad salutem recurvus est. Quoniam nihil rationis est, ubi sei-
mel affectus est inductus, iusq̄ illi aliquod uoluntate nostra datum est. Faciet de cetero
quantū uoleat, non quantū permiseris. In cōfiniis hostiis arcendus est. Nam cū intravit,
& portis se intulit, modū a captiuis non accipit. Nec enim sepositus est animus, & ex-
trīsecus speculatur affectus, ut illos nō patiatur ultra q̄ oportet procedere, sed etiā affe-
ctum ipse imitatur. Ideoq̄ nō potest utilem illam uim & salutare perdītam iam infirma
tamq̄ reuocari nō enim, ut dixi, separatas ista fedes suas diuidasq; habet, sed affectus,
& ratio p̄iuſq; in melius mutationi animi est, quomodo ergo ratio occupata & oppresa
uitis religeret, qua ira cessit. Aut quēadmodum a confusione se liberabit, in qua peiorū
mixtura praevaluit. Sed quidā, inquit, in ira se continent. Vtrum ergo ira nihil ut faciant
eorum qua ira dicit, an aliquid? Si nihil faciunt, apparet nō esse ad actiones rerum ne-
cessaria iram, quā nos quasi fortius aliquid rōne haberet, aduocabatis. Deniq̄ interrogo
ualentior est q̄ ratio, an infirmior? Si ualentior, quo illi modū ratio poterit imponere?
Cum parere nisi imbecilliora nō soleant. Si infirmior est, sine hac p̄ se ad rerum effectus
sufficit, nec desiderat imbecillioris auxilium. At irati quidā conflant sibi & se conti-
nent. Quō cum iam ira euaneat, & sua sponte decedit, Non cū in ipso seruore est, tunc
em̄ potentior est. Quid ergo nō aliquādo in ira quoq; & dimittunt incolumes intactos
q̄ quos oderūt? Et a nocendo abstinet̄ faciunt. Quo, cum affectus, repercutit affectus,
aut metus, aut cupiditas aliquid imperava, nō rationis beneficio queuit, sed effectuum
infida & mala pace. Denig nihil habet utile, nec acuit animū ad res bellicas. Nunq̄ em̄
uirtus uito adiuuāda est, se cōtenta. Quotiens impetu est locus, nō irascit, sed exurgit,
& inquantū putauit opus esse concitat, remittit, nō aliter q̄ qua tormentis exprimunt
telā. In potestate mittentis sunt, inquantū torqueant. Ira, inquit, Aristoteles ne-
cessaria est, nec quicq; sine illa expugnari pot, nisi illa implete animū, & spiritū accendat.
Vtendū autē illa est, nō ut duce, sed ut milite, q̄ est fallsum. Nam si exaudit rōnem qua-
sequi, qua ducitur, iam nō est ira, cui propriū est cōtumacia. Si uero repugnat, & nō ubi
fusa est q̄scit, sed libidine ferociasq; puehit, tam inutilis animi minister est, q̄ miles, q̄
signū receptui negligit. Itaq; si modē adhiberi sibi patitur, alio noī appellanda est. De-
sinit ira esse, quam effrānatā indomitāq; intelligo, si nō patitur pñciōla est, nec inter au-
xiliū numeranda. Ira aut ira nō est, aut inutilis est, nam si qui poenam exigit, non ipsius
poena audīs, sed quia oportet, non est annumerādus iratis. Hic erit utilis miles qui scit
parere cōsilio. Affectus quidē ramali ministri q̄ duces sunt. Ideo nunq̄ assumet ratio
in adiutoriū imprudios & uiolentos impetus, apud quos nihil ipsa auctoritatis habeat
quos nunq̄ cōprimere posse, nisi pares illi simileſq; opposerit. Vt ira metum, inertiae
iram, timori cupiditate. Abiit hoc a uirtute malū, ut unq̄ ratio ad uitia cōfugiat. Non po-
test hic animus fidei oīū capere, quiaſcī neceſſe est, fluctueturq; q̄ malis suis tutus est,
q̄ fortis esse nisi irascit nō potest, industrīs nisi cupit, quietus nisi timet. In tyrannide illi
uiuendū est, in aliquiſ affectus uenienti feruunt. Non pudet uirtutes in clientela ui-
torū dimittere. Deinde definit quicq; ratio posse, si nihil p̄t sine affectu, & incipit par-
illi similiſq; esse. Quid em̄ interest si aque affectus incōsulta res est sine rōne, q̄ ratio si-
ne affectu inefficax, par utrūq; est, ubi esse alterū sine altero nō p̄t. Quis aut sustineat
affectu exāquari rōni? ita, inquit, utilis affectus est, si modic⁹ est, imo si natura utilis est,
sed si paties imperij rōniq; est, hoc dūtaxat moderatione cōsequā, ut quo minor fuerit
minus noceat. Ergo modicus affectus nihil aliud q̄ malū modic⁹ est. Sed aduersus ho-
stes, inquit,

stes, inquit, necessaria est ira. Nusq; minus, ubi nō effusos esse oportet impetus, sed tem-
peratos & obedientes. Quid em̄ est aliud qd̄ Barbaros tanto robustiores, tanto patiēti-
res laborū cōminuat, nūl ira infestissima sibi. Gladiatores quoq; ars tuctur, Ira denudat,
deinde qd̄ opus est ira, cū idem pficiat ratio? An tu puras uenatore irasci feris? an q̄ ue-
nientes excipit, & effugientes plequitur? & omnia illa sine ira facit ratio. Quid Cimbro-
rū, Theutonicorū tot milia supfusa alpibus ira fustulit, ut tanta cladis noticiā ad suos nō
nunciis fed fama p̄ulerit, nūl q̄ erat illis ira, p̄ uirtute, qua ut aliquando prulit straūtq;
om̄ia, Ira sapientis sibi exitio est. Germani qd̄ est animosius? quid ad incursum acris? qd̄
armorū cupido? quibus inmascum innutriturq; quorū una illis cura est, in alia negli-
getib; Quid induratus ad omnē patientiā, ut quibus magna ex parte nō tegumenta
corporū prouisa sunt, nō suffragia aduersus ppterem celi rigorē. Hos tamen Hispani Gal-
lici & Alſae, Syriæq; molles bella uiri, anteq; legio uisitator cedunt, ob nullā rem aliam op-
portunos, q̄b; op̄ tracundia. Agedum illis corporib; illis animis delitias, luxū opes, igno-
rantibus, da rationē, da disciplinā. Ut nihil amplius dicam, neceſſe erit nobis certe mo-
res romanos repetere. Quo alio Fabius affectu imperij uires recreauit, q̄ quod cuncta
ti & trahere & morari sciuit, qua om̄ia irati nesciunt. Petierat imperiū, qd̄ tunc in extre-
mo stabat, si Fabius tātū ausus esset, quantū ira suadebat. Habituit in cōſilio fortuna publica
& extimatis uiribus, ex quibus tā perire nihil sine uniuero poterat, dolorē, ultionēq;
sepuluit in unā utilitate, & occasioni intētus, ira ante uicit, q̄ Hānibale. Quid Scipio, nō
ne relicto Hannibale, punico exercitu, om̄ibusq; qbus irascendū erat, bellū in Africā trā-
stulit, tā lentus, ut opinione luxuria, legnicēq; malignis daret? Quid alter Scipio, nō cir-
ca Numantia multū diutq; ledit, & hunc suū publicū dolorē aquo aio tulit, diutius Nu-
mantia q̄ Carthaginē uincit, q̄ dū circuallat & includit hostem, eo cōpulit, ut ferro ipsi
suo caderet. Nō eft itaq; utilis, nec in praelijs quidē aut in bellis ira. In temeritatē em̄ pro-
na est, & pericula dū inferre uult, non cauet. Illa certissima est uirtus, qua se diu mulētūq;
circūspexit & rexit, & ex lento ac deſtinato prouexit. Quid ergo uir bonus nō irascit,
inquit, si cædi patrē ſuū uiderit, si rapi matre, nō irascit, ſed uindicabit, ſed tuebit. Quid
aut̄ times, ne parū illi magnus ſtimulus etiā sine ira pietas sit? Aut dīc eode modo, Quid
ergo cū uiderit fecari patrē ſuū, filiū, uir bonus non flebit? nec liqueſ animo, qua acci-
dere foemīnis uideamus, quotiens illas leuis periculi ſupſito peuit. Officia ſua uir bonus
exequiſ inconfusus, intrepidus, & ſu bono uiro digna facit, ut nihil faciat uiro indignū,
pater cædetur, defendam, cāſus eft, exequar quia oportet, nō quia dolet. Cum hoc dīcis
Theophraste, queris inuidiam præcepis fortioribus, & relīcio iudice, ad coronā tenis,
quia unusquisq; in eiusmodi ſuorū ſuū irascit, putas iudicaturos homines id fieri de-
bere, quod faciunt. Fere enim iustum quisq; affectum iudicat, quem agnoscit. Irascuntur
boni uiri pro ſuorū iniurijs, ſed idem faciunt, ſi calida nō bene præbetur. Si uitrum fra-
ctum eft, ſi calcetus luto ſparſis eft. Non pietas illam iram, ſed infirmitas mouet, ſicut pu-
eri, qui tam parentibus amīſis flebunt, q̄ nūcibus. Irasci pro ſuī ſuū nō eft p̄j animū, ſed in-
firmi. Illud pulchrum dignumq; parentibus, liberis amīſis, ciuibus prodire defensorem,
ipſo officio ducente, uolentem, iudicantem, prouidentē, nō impullum & rapidum. Nul-
lus enim affectus uindicandi cupidior eft, q̄ ira, & ob idipsum ad uindicandum inhabi-
lis, prarabidus & amens, & omnis ſere cupiditas ipsa ſibi in id, in quo properat, opponi-
tur. Itaq; nec in pace, nec in bello nunq̄ bona fuit. Pacem enim ſimilem bellī efficit. In
armis uero obliuſcit mortem eſſe comūnem, uenitq; in alienā potestatem, dum in ſua
non eft, deinde non ideo uita in ſuū recipienda ſunt, quia aliquando aliquid boni effe-
cerunt. Nam & febres quadam genera ualeitudinis leuant, nec ideo non ex toto illi ca-
rūſſe melius eft. Abominandū remedij genus eft sanitatem debere morbo, ſimili mo-
do ira etiā ſi aliquando ut uenenum, & præcipitatio, & naufragium, ex inopinato pro-
fuit, non ideo ſalutaris iudicanda eft, ſapē enim ſaluti fuere peltifera, deinde qua ū ha-
benda ſunt, quo maiora eo meliora & optabiliora ſunt, ſi iuſticia bonum eft, nemo dicit
meliorē futuram, ſiquid detractum ex ea fuerit, ſi fortitudo bonū eft, nemo illam de-
ſyderabit ex aliqua parte diminuī. Ergo & ira quo maior, hoc melior. Quis enim uli-
us boni accessionem reculauerit? Atqui augeri illam inutile eft, ergo & elle. Non eft bo-
num, quod

Germani
animosi.Fabius cum
etator.Scipio Afri-
canus.forte ho-
nesta.

num, quod incremento malum sit. Utiles, inquit, ira est, quia pugnatores facit. Isto modo & ebrietas. Facit enim proteruos & audaces, multaque meliores ad ferrum fuisse male sobrij. Isto modo dicit & frenesim, atque infamiam uiribus necessariam, quia saepe ualidio re furor reddit. Quid non aliquotiens metus ex pauidio fecit audacem & mortis timor etiam inertissimos excitat in praelium? Sed ira, ebrietas, timor, aliaque eiusmodi foeda & caduca tritamenta sunt, nec iuritatem instruant, qua nihil uitios egat, sed segnem ali quando animum & ignauum paululum alleuant. Nemo irascendo fit fortior, nisi qui fortis sine ira non fuisset. Ita in adiutoriorum iuritatem non uenit, sed in uicem. Quid quod si bonum esset ira, perfectissimum quicquid sequeretur. Atqui iracundissimi infantes, senesque & agri sunt, & inualidus omne natura est querelum. Non potest, inquit fieri Theophrastus, ut bonus vir non irascatur malis. Isto modo quo melior quisque, hoc iracundior erit. Vide ne ecotra placidior, solutusque affectibus, & cui nemo odio sit. Peccates uero quid habet cur oderit, cum error illos in huiusmodi delicta copellat? Non est autem prudentis errantes odisse, alioquin ipse sibi odio erit. Cogitetque multa cetera bonum morem faciat, & multa ex his quae egit, uenientia defuderent. Nam irascetur etiam sibi. Nec enim aquos iudex aliam de sua, aliam de aliena causa sententiā fert. Nemo, inquam, inuenitur, quod se possit absoluere. & innocentem quisque se dicit, respiciens testem, non conscientia. Quādo humanius mitem & paternū animū prastare peccatis, & illos non persequi, sed reuocare, errantes per agros, ignorantes uia melius est ad rectū iter admouere, & expellere. Corrigendus est qui pecat, & admonitione, & uiu & moliter, & asperre. Melior ergo sibi quicunque faciebas, non sine castigatioē, sed sine ira. Quis enim cui medet, irascitur? At corrigit nequeunt, nichilque in illis leue, aut spei bona capax est. Tollantur e ceteris mortalium facturi peiora quae continentur, & quo uno modo poslunt, deslinat esse mali, sed hoc sine odio. Quid enim est cur oderimus eum, cui tum maxime prosum, cum sibi eripio? Nunquid membra sua odiunt, tunc cum abscondit? Non est illa ira, sed misera curatio. Rabidos affligimus canes. Trucem atque immanuentum bouem cedimus, & morbidis pecoribus, ne gregē polluant, ferrū demittimus, portentuosos factus extrahimus. Non ira, sed ratio est, a lanis inutilia fecerunt. Nil minusque irasci punientē decet, cum eo magis ad emendationē poena proficiat, si iudicio laeta est. Inde est, quod Socrates seruo ait: Cederem te, nisi irascerer. Admonitionē seruo in tempus fanius distulit. In illo tempore se admonuit. Cuius erit temperatus affectus, cum Socrates non sit ausus se irā comittere. Ergo ad coertionē errantium, sceleratorūque irato castigatorō non opus est. Nam cum ira delictū animi sit, non oportet peccata corrigere peccatum. Quid ergo, non irascar latronis? quid ergo, non irascar ueneficos? non. Nec enim mihi irascor, cum sanguinē mitto. Omne poena genus, remedij loco admouere. Tu adhuc in prima parte uerlaris errorū, nec grauerit laboris, sed frequenter, obiurgatio te primū secreta, deinde publicata emēdare tentabit. Tu longius iam processisti, quod ut positis uerbis fanari. Ignominia cōtineberis, cum tibi fortius aliquid & quod sentias inuidentur est. In exilium & loca ignota mitteris. In te duriora remedia, iam solida nequitia defuderat, & uincula publica, & carcer adhibetur, tibi infanabilis animi, & sceleribus sclera cōtexens, etiam nūc caufis, quae nunquid malo defutura sunt, impelleris. Sed satis tibi est magna ad pecādū causa, peccare, peribisti nequitiam, & ita uisceribus immiscuisti, ut nisi cum ipsis, exire non posfit. Olim miser mori queris, bene de te merebitur. Aueremus tibi istam quā uexaris infamiam, & perpetua alienaque uoluptate supplicia. Id, quod unum bonū tibi superest, representabitū mortem. Quare irascar, cui cum maxime prosum, interim optimū genus misericordia est, occidere. Si intrassim uale tudinariū exercitatus & sciens, ut domum diuītis, non idem imperiale omnibus, per diuersa agrotantibus. Variā in tot animis uitia uideo, & ciuitati curandae adhibitus sum, pro cuiuscumque morbo medicina queratur. Hunc sanet uerecundia, hunc peregrinatio, hunc dolor, hunc egestas, hunc ferrum. Itaque & si peruerfa induenda magistrati uestris, & cōuocatā clasticō cōcio est, procedam in tribunal, non forens, nec infestus, sed uultu legis, & illa solennia uerba, leni magis grauique & rabida uoce concipiā, & agiū iubebō non iratus, sed seuerus. Et cum ceruice noxiō praecidi imperabo, & cum parricidā infūculo, & cum mittā in suppliciū militare, & cum Tarpeia proditorē, hostēue publicū imponam, sine ira, eo uultu animoque ero, quo

ero, quo serpentes & animalia uenenata percūtio. Iracundia opus est ad pumiendū. Quid enim uidetur lex irasci his quos nō nouit, non uideat, quos nō futuros sperat? Illius itaque suum mendus est animus, qui nō irascitur, sed cōstituit. Nam si bono uiro ob mala facinora irasci cōuenit & ob secundas res malorum hominum inuidere cōuenit. Quid enim est indignus, quod florere quosdā, & eos indulgentia fortunae abuti, quibus nulla potest satis mala inueniri fortuna? Sed tā cōmoda illorum sine inuidia uidebit, & scelerā sine ira. Bonus iudex damnat improbadā, nō odit. Quid ergo, nō cū eiusmodi aliquid sapiens habebit in manibus, tāgetur animus eius, eritque solito cōmōttor: Fator. Sentiet leuem quendā, tenuemque motū. Nam (ut dixit Zenon) In sapientis quoque animo, etiā cū uulnus sanatū est, cicatrix manet. Sentiet itaque suspiratioē qualdā, & umbras affectuū, ipsis quidē carebit. Aristoteles ait: Affectus quoque, si quis illis bene utatur, pro armis esse. Quod uerū foret si uelut bellīca instrumēta sumi, deponiq̄ possent, inducentis arbitrio. Hac arma quae Ari stoteles uirtutē dat, ipsa per se pugnat, nō expectant manū. Habent & nō habētū. Nil alijs instrumēta opus est. Satis nos instruxit ratioē natura. Hæc dedit telum, firmū, ppetuum, obsequens, nec anceps nec quod in dominū remitti posset. Non ad prouidendū tantū, sed ad res gerendas latus est p se ipsa ratio. Etenim quid est stultus, quod hoc ab iracundia petere præsidū, rem stabilem ab incerta, fidelem ab infida, sanam ab agrā? Quid, quod actiones quoque in gibus solius opera iracundiae uidentur necessaria, multo p se ratio fortior est? Nam cū iudicauit aliquid faciendū, in eo pseuerat. Nihil enim melius in ventura est seipso, quo mutetur. Ideo stat femele cōstans. Irā saepe misericordia retro egit. Habet enim nō solum solidū robur, sed uanū tumorē, uiolentisque principiū iustitiae utitur, nō aliter quod quia terra uenti surgunt, & fluminibus, paludibusque excepti, sine pertinacia uahementer sunt. Incipit Imagno impetu, deinde deslinat ante tēpus fatigata, & que nihil aliud quam crudelitatem, ac noua genera poenarū uerauerat, cū animaduertendū est, ira iam fracta, leviusque est. Affectus cito cadit. Aequalis est ratio. Ceterā etiā ubi pseuerauerit ira, non nunquid plures sunt, qui perire meruerunt, post duorum triūcū sanguinē, occidere definit. Primi eius iustus acres sunt, sicut serpentū uenena a cubili repentiū nocent. Innoxii dentes sunt, cū illos freqūes morbus exhaustis. Ergo non paria patiuntur, qui paria cōmisérunt, Et saepe q minus cōmisit, plus patitur, quia recentiori ira obiectus est, & intantū inaequalis est, modo ultra quod oportet, excurrit, modo citius debito relinquit, sibi enim indulget, ex libidine iudicat, & audire non uult, & patrocinio nō relinquit locū, & ea tenet que iusatis, & eripi sibi iudicium suū, etiā si prauis est, nō sinit. Ratio utriusque parti locū dat & tēpus. Deinde adiocationē etiā sibi petit, ut excusēdā ueritati spatiū habeat. Ira festinat, ratio id adiudicari uult, quod aequū est. Ira id aequū uideri uult, quod iudicauit. Ratio nihil præter ipsum, de quo agitur, spectat. Ira uanis & extra caufam obuerfantibus cōmouet. Vultus illam securior, uox clarior, sermo liberior, cultus delicatiō, aduocatio ambitiosior, factor popularis exasperat. Saepē infesta patrono reū damnat, etiā si ingeritur oculis ueritas, amat & tuetur errorem, coargui non uult, & in male ceptis, honestior illi punitia uideatur, quam poenitēta. Cn. Piso fuit memoria nostra, uir a multis uitiosū integer, sed prauus, & cui placebat p̄s cōstantia rigor. Is cū iratus duci iussisset eū, qui ex cōmeatu sine comilitone redierat, quasi interficisset, quē nō exhibebat, rogati tēpus aliquid ad cōquirē dum non dedit, dānatus extra uallum deducit, & iam ceruice porrigebat, cū subito apparuit ille cōmilito, qui occisus uidebatur. Tunc Centurio supplicio prepositus, cōde re gladium spiculatorem iubet, damnatū, ad Pisōnem reducit, redditurus Pisōni innocētiā, Nam militem fortuna reddiderat. Ingenti concuru deducuntur, complexi alter alterū cum magno gaudio castrorū cōmilitones. Conscendit tribunal furens Pisō, ac iubet duci utriusque, & eum militem, qui nō occidit, & eum, qui nō perierat. Quid ergo indignus? Quia unus innocens apparuerat, duo peribant. Pisō adiecit & tertium. Nam illū Centurionē, qui damnatū reduxit, duci iussit. Constituti sunt in eodem loco perituri treis, ob unius innocētiā. O quod tollers est iracundia ad fingēdas causas furoris. Te, inquit, duci iubeo, quia dānatus es. Te quia causa damnatiōis cōmilitoni suis. Te quia iussus occidere imperatori nō paruisti. Excogitauit quemadmodū tria criminā faceret, quia nullum inuenierat. Habet, inquam, iracundia hoc mali, non uult regi. Irascitur ueritati ipsi, si cetera uoluntate suā apparuerit, cū clamore & tumultu, & totius corpis factatioē, quos destinauit insequitur

insequit, adiectis cōuitijs, maledictisq. Hoc nō facit ratio, sed si ita opus est, silens, que itaq; totas domos funditus tollit, & familias. R. P. pestilentes cū cōiugibus ac liberis perdit, recta ipsa diruit, & solo exasperat, & inimica libertati, libertati extirpat. Hac nō frenet, nec caput quicq; sifans, nec quicq; indecorū fiduci faciens, cuius tunc maxime placidus esse debet, & in statu uultus, cū magno pronūciat. Quid opus est, inquit Hieronymus, cū uelis cadere aliquē, prius tua labia mordere? Quid si ille uidisset desilente de tribuna si procōsule, & fasces lictori auferente, & sua uestimenta scindente, qā tardius scindebant aliena? Quid opus est mēsam euertere? Quid pocula affligeret? Quid se in colūna ipin gere? Quid capillos euellere? Semur, pectusq; peccutere? Quātā irā putas, quaē quia nō tācītū in aliū qā uult, erūpit, in se reuertit? Teneat itaq; ap̄ximis, & rogatur, ut ipse sibi place tur, quorū nil facit quisquis uacuus ira, meritā cuicq; poenā iniungit. Dīmittit saepe eū, cui ius peccatū dēphendit, si pœnitentia facti spem bona pollicetur, si intelligit non ex alto uenire nequitia, sed summo (quod aiunt) animo inhārere, dabit impunitatē, nec accipie tibis nocūrā, nec dantibus. Nōnūc magna fcelera leuius qā minorā cōpellet, si illa la psu nō crudelitate cōmīsa sunt. His inest latens, & opera, & inueterata calliditas. Idem delictum in duobus nō eodē malo afficit, si alter per negligētiā admīst, alter curauit, ut nocens esse. Hoc semp in omni aduersione seruabit, ut ictiā alterā adhiberit, ut emēdet malos, alterā ut tollat. In utroq; nō præterita, sed futura intuebit. Nam, ut Plato ait, Nemo prudens punit, quia peccati est, sed ne peccet. Reuocari enim præterita nō possunt, futura phibētur, & quos nolet nequitia male cedentis exēpla fieri, palam occidet, nō tantū ut pereant ipsi, sed ut alios pereundo deterreant, hac cuicq; experēda, extimantur. Vides quantū debeat omni p̄turbatione liber accedere, ad rem summa diligētia tractādam, potestatē uitā, necisq;. Male irato ferrum cōmittit. Ne illud quidē iudicādūm est, aliqd iram ad magnitudinē animi cōserre. Nō est enim illa magnitudo, tumor est, nec corporibus copia uitiosi humoris intensis, in orbis incrementū est, sed pestilens abundantia. Omnes quos uacors animus, supra cogitationes extollit humanas, altū qđē & sublimē spirare le creditur. Ceterū nihil solidi subet, sed in ruīna prona sunt, quia sine fundamētis creuere. Nō habet ira cui infīsat, nō ex firmo, māsiuroq; oritur, sed uerofa & inanis est, tantūq; abest a magnitudine animi, quantūa fortitudine audacia, a fiducia in solentia, ab auſteritate tristitia, a seueritate crudelitas. Multum, inquā, interēst inter subli men animū, & superbiū. Ira cunctiū nihil amplū, decorūq; molitus. Cōtra mihi uidet uen̄tū & infeliciū animi imbecillitas sibi consēc̄t indoleſceret. Ut exulcerata & ægra corpora quā ad tactus leuisimōs gemunt, ita ira muliebre maxime & puerile uitū est. At incidit & in viros. Nā uiris quoq; puerilia ac muliebria ingenia sunt. Quid ergo? Nō aliquæ uoces ab iratis emittuntur, quæ magno uideantur animo? uera ignoratiūs magnitudinē, quasi illa dira & abominanda, oderint, dū metuant Syllano scias faculū scriptam. Nescio utrū sibi peccū optauerit, ut odio eset, an ut timori Oderint, occurrit illi futūrū, ut exēcrent, insidētūr, opprīmat. Quid abdicat, Dij illi maleficiā? adeo repertū dignū odio remedū. Oderint. Quid, dū pareat nō, dum probent? nō. Quid ergo dū timeat? sic nec amari qđē uellem. Magno hoc dictū spiritu putas. Fallaris. Nec em magnitudo ista est, sed immanitas. Nō est qđ credas irascētū uerbis, quorū strepitū magni minaces sunt, intus mens pauidi misia. Nō est quod extimes uerū esse, quod apud difertissimū uirum Liūiū dicit: Vir ingenij magni magis qā boni. Non potest illud separari, etiā bonū erit, aut nec magnū, quia magnitudinē animi incōcūslam intelligo, & intorsus solidam, ab imo parem, firmāq; qualis inesse malis ingenij nō pot. Terribilia em̄ esse & tumultuosa & exitiosa possūt. Magnitudinē qđē, cuius firmamētū roburq; bonitas est, nō habebūt. Cæterū fermōe, conatu, & omni extra paratu faciēt magnitudinis fidē. Eloquēt aliqd qā tu magni putēs, sicut, C. Caſar, qā iratus calo qđ obſtreperet Pātomimis, quos imitabat stu dioliū qā spectabat, qđq; comeſatio sua fulminib; terretur, proflus parū certis ad pugnā uocauit louē, & qđē sine intermissione. Homericū illum exclamās uersum,

quanta dementia fuit. Putauit aut sibi noceri, ne a loue qđem posse, aut se nocere etiā loui posse. Nō puto parū momēti hāc eius uocē ad incitādū coniuratorū addidisse. Ultimā em̄ impatiētia uisum est eū ferre, quā louē nō ferret. Nihil ergo in ira, ne cū uidet qđē uathemēs, & deos & hoiesq; despiciēs, magnū. Nihil nobile ē, aut si

Summo aīo;

Q. uod
adiecit.

Liūiū

aut si uidet aliquid magnū animū tra pducere, uideatur & luxuria, Ebore sustineri uult, purpura uestiri, auro tegi, terras transferre, maria concludere, flumina precipitare, ne in mora suspendere, uideatur & avaritia magnū animū, Aceruis aurī argentiq; incumbat, & prouinciarū nominib; agros colit, & sub singulis uilliscis latiores habet fines, qā quos consules sortiebantur. Videatur & libido magnū animū. Transnat freta, puerorū greges caſtrat, sub gladiū mariti uenit uxor morte contempta. Videatur & ambitio magnū animū. Non est cōtēta honoribus annuis, si fieri potest uno nomine occupare fastos uult p omnē orbem titulos disponere. Omnia ista nō refert inquantū procedant extendant qā se, angusta sunt, misera, depreſſa, Sola sublimis & excella uirtus est. Nec quicq; magnum est, nisi quod simul & placidum.

Primi libri de Ira finis.

LVCII ANNEI SENECAE DE IRA LIBER SECUNDVS.

PRIMVS liber Nouate benignorē habuit materiā. Facilis em̄ in proclīuā uitorū decursus est. Nūca ad exiliora ueniēndū est. Quarūmus em̄, utrū irā frā iudicio aut impetu incipiat id est utrū sua sponte moueat, an quēadmodū dum pleraq; quā intra nos inīcīs nobis oriuntur, debet autē in hoc se dei mittere disputatio, ut ad illa quoq; altiora possit exurgere. Nam & in corpore nostro ossa, nerui, & articuli firmamēta totius, & ut alia minime speciosa uisu, pris us ordinant. Deinde hæc ex quibus omnis in facie aspectūq; decor est. Post hæc omnia qui maxime oculos rapit, color ultimus, pfecto iam corpore effundit. Irā quin speciē oblate inīuria moueat, nō est dubium. Sed utrum speciem ipsam statim sequatur, & nō accendeat animo excurrat, an illo assentiente moueat, quarūmus. Nobis placet nū ipsam p̄ se audere, sed animo approbante. Nam speciē capere acceptā inīuria, & ultio, nem ēius cōcupiscere, & utrūq; coniūgere, nec laeti se debuisse, & uindicari debere, nō est eius imperus, qui sine solūtate nostra concitat. Ille simplex est, hic cōpositus, & plura cōtinens. Intellexit aliqd, indignatus est, dānauit, ulciscit. Hac non possunt fieri, nisi animus, qui tangebat assensus est. Quorsus, inquis, hoc nō ptinet? ut sciamus quid sit ira. Nam si inuitis nobis nascitur, nunq; rationi succubet. Omnes enim motus, qui nō voluntate nostra fiunt, inītū & ineuitabiles sunt, ut horror frigida aspersis, ad quod dāctūs aspernatio, ad maiores nuncios subrigūtū pilī, & rubor ad improba uerba suffundit, sequiq; uertigo prarupta cernenti. Quorū quia nihil in nostra potestate est, nulla quo minus fiant, ratiō p̄suadet. Ira praeceptis fugatur. Est enim voluntariū animi uitū non ex his quæ conditio quadam humanā fortis eveniunt. Ideoq; etiā sapientissimis accidunt. Inter quæ & primū ille iūtū animi ponendus est, qui nos post opinionem inīuria mouet. Hic subit & iam inter ludicra scena spectacula, & lectiones rerum ueteristarū. Sæpe Clodio Cicerone expellēti, & Antonio occidenti, uidemur irati. Quis nō contra Marij arma, & cōtra Sylla p̄scriptionē concitat? Quis nō Theodoro & Achilli & ipsi puero, non puerile auso facinus, infestus est? Cantus nos nōnūc concitat modulatio instigat. Martius quoq; ille tubarū sonus, mouet mentes, & atrox pīctū, & fūstissimū suppliciorū tristis aspectus. Inde est quod arridemus ridentibus, & contristat nos turba merentū, & effervescimū ad aliena certamina, quæ nō sunt ira. Non magis qā tristitia est, quæ ad conspectum inimici naufragi contrahit frontem. Non magis qā timor, qui lannibale post Cannas mōenia circumledēte, lectoris percutit animos. Sed omnia ista motus sunt animorum mouerū uolentium, nec affectus, sed principia præudentia affectibus. Sic enim militaris uiri in media pace togati fam aures turbū scutat. Equosq; caſtrenses erigunt crepitūs armorum. Alexandrum, aiunt, Cenophanto canente manū ad arma mississe. Nihil ex his quæ animū fortuito impellunt affectus uocari debet. Ista (ut ita dicam) patitur magis animus qā facit. Ergo affectus est, non ad oblatas rerum species moueri, sed permittere se illis, & hunc fortuitū motum persequi. Nam siquies pallorem & lachrymas procidentis, & irritatōrem humoris obscenū, altumue suspitū & oculos subito acriores, aut quid his simile indicium affectus, animiq; signum putat, fallitur, nec intelligit hos corporis esse pulsus. Itaq; & fortissimū plātūmū vir, dum armatur expalluit, & signo pugnae dato, ferociſimo militi

tristaricō ob scelera, nūl est erumnosius sapiente. Omnis illi per iracundiam mōrō regū uita transibit. Quod enim momentū erit, quo nō improbanda uideat? Quotiens prosceleris domo per sceleratos illi, avaros & prodigos & imprudentes, & ob ista felices incedendū erit. Nūl oculi eius flectentur, ut nō quod indignētur, inueniant. Deficiet, si totiens a se iram, quotiens causa posset, exegerit. Hac tot mīlia ad forū primā luce propterant, q̄ turpes lites quāto turpiores aduocatos habent. Alius iudicia patris accusat, quē mereri satīs fuit. Alius cum matre colisit. Alius delator uenit eius criminis, cuius maiñestor reus est, & iudex damnaturus qua fecit, eligitur, & corona pro malā cauſa bona patrī uoce corrupta. Quid singula pefforū? cū uideris forū multitudine refertum, & septa cōcursu omnis frequentia plena, & illum Circū in quo maximā sui partem populus ostēdit, hoc sc̄ito istud tantundē esse uitiorū quantū hominū. Inter iſlos quo rogatos uides, nulla pax est, alter in alterius exitū leui cōpendio ducitur. Nulli nūl ex alterius dam no quāstus est, felicē oderunt, infelicē cōtemnunt, maiore grauantur, minori graues sunt, diuersi stimulantur cupiditatibus, omnia perdita, ob leuem uoluntatē pradamq̄ capiunt. Nō alia q̄ in ludo gladiatoriū uita est, cum iſdem uiuentiū pugnantū. Ferari iste cōuentus est, nūl quod illa inter se placida sunt, morfusq̄ similis abstinent. Hi mutua laceratione satiantur. Hoc uno ab animalibus mutis differunt, quod illa māluerunt alentibus. Horū rabies iſpos a quibus est nutrita, depascitur. Nunq̄ iraſci de sinet semel, si sapiens cōperit, omnia sceleribus ac uitij plena sunt. Plus cōmititus q̄d possit coertione sanari, certarū ingenti quidē nequitia certamine, maior quotidie pecandi cupiditas, minor terecūdia est. Expulsi melioris, aequiorisq̄ respectu, quo cūq̄ uis sum est, libido le impingit, nec furtiuā iā sceleri sunt, prates oculos eunt. Adeoq̄ in publicum misera nequitia est, & in omniū pectoribus euauit, ut innocentia nō rara, sed nulla sit. Nungd enim singuli aut pauci rupere legē undiq̄ uelut signo dato, ad fas nefasq̄ miscendū coorti sunt. Nō hospes ab hospite tutus, Nō sacer a genero, frātrum quocq̄ gratia rara est, Immīnet exitio uir cōiugis, illa mariti. Lurida terribiles mīcēt aconīa nō uerba. Filius ante diem patrīs inquirit in annos. Et quod pars iſi scelerum est? Nō de scriptis castra ex una parte contraria, & parentū liberorū sacramenta diuersa, subiecta patria cuius manū flāmā, & agmina infestorū equitū ad coiurandas proscriptorum latēbras circūlantia, & uiolatos fontes uenenis, & pestilentia manu factā, & præductā oblesiss parētibus fossam, plenos carceres, & incendia totas urbes cōcremantia, dominationsq̄ funefas, & regnoriū publicorū exitiorū clandestina confilia, & pro gloria habita, qua q̄diu opprimi possunt, sceleri sunt. Raptus ac stupra, & ne hoc quidē libidini exceptū. Adiice nunc publica periuria gentium, & rupta foedera, & prædam ualidioris quicq̄d nō resistebat adductū, circūscriptiones, furtū, fraudes, inficiations, quibus trāna nō sufficiunt forā. Si tantū iraſci uis sapiente, quantū scelerū indignitas exigit, nō irascē dum illi, sed insaniēndū est. Illud potius cogitabis nō esse irascendū erroribus. Quid em̄ si quis iraſci in tenebris, parū uelutīgī certa ponētibus? Quid enim si quis surdis impenīa nō exaudiētibus? Quid si pueris, quod neglecto dispeſtu officiorum ad lusus & inēptos aequaliū iocos spectent? Quid si illis iraſci uelis, uel qui agrotant, senescunt, fatigantur. Inter cetera mortalitatis incōmoda, & hac est caligo mentis, nec tantum incēllitas errandi, sed errorī amor. Ne singulis irascaris, uniuersi ignoscendū, & indulgendū est, generi humano uenia tribuenda est. Si iraſceris suuēbus senibusq̄ quod peccant, iraſcere in infantibus, quod peccaturi sunt. Num quis iraſci pueris, quorū aetas nondū nouit terū discrimina? Maior est excusatō & iustior hominē esse, q̄ puerū. Hac cōditione natūsumus, animalia obnoxia nō paucioribus animi q̄ corporis morbis, non quidē obtusa nec tarda, sed errorī amor. Ne singulis irascaris, uniuersi ignoscendū, & indulgendū est, altera alteri uitiorū exempla. Quid sc̄itur priores male iter ingressos? Quid si habeant excusatō, cū publica uia errauerint? In singulos seueritas Imperatoris distinguūt. At necessaria uenia est, ubi totus desauit exercitus. Quid tollit irā sapientis? turba peccantū. Intelligit, q̄ est iniquū & periculōsum iraſci publico uitio. Heraclitus quotiens prodierat, & tantū circa se male uiuentū, simmo male pereuntū uiderat, flebat, miserebat omnīū, qui sibi latē felicesq̄ occurrerat, miti animo, sed nūmis imbecillo, & ipse inter deplorādos erat. Démocritus cōtra aiunt, hū nunq̄ sine

LIBER SECUNDVS

54

ferocissimo militi paulū genua tremuerūt, & magno imperatori anteq̄ inter se acies arietaret, cor exilū & oratori eloquentissimo dum ad dicendū componitur, summa riguerunt. Ira nō moueri tantum, sed excurrere debet. Est em̄ impetus. Nunq̄ autem impetus sine afflētu mentis est, neq̄ em̄ fieri potest, ut de ultione & pœna agatur animo nesciente. Putauit se aliquis laſum. Voluit ulcisci, diffuadētē aliqua causa statim reſedit. Hanc iram nō uoco, sed motum animi rationi parentem. Illa est ira, qua rationē transflit, qua secum rapit. Ergo prima illa agitatio animi, quam species iniuriae incusit, non magis ira est q̄ ipsa iniuriae species, sed ille sequens impetus, qui specie iniuriae nō tantum accepit sed approbavit. Ira est concitatio animi ad ultionem, voluntatis iudicio pergit. Nunquid dubium est, quin timor fugit habeat? Ira impetus? Vide ergo an putes aliquis laſum sine afflētu mentis, aut peti posse, aut caueri. Et ut scias quēadmodū dum incipiant affectus, aut crescant, aut efferantur. Est primus motus non voluntarius quasi præparatio affectus, & quadam cōmutatio. Alter cum uoluntate nō contumacit, oporteat me uindicari, cum laſus sum, aut oporteat hunc pœnas dare, cum scelerū fecerit. Tertius motus est iam impotens, qui non, si oportet, ulcisci uult, sed utiq̄, q̄ rationē evicit. Primum illum animi iustum effugere ratione nō possumus, sicut in illa quidē qua diximus accidere corporib⁹. Ne nos oscitatio aliena follicitet, ne oculi ad intentionē subitam dīgitorum comprimant. Iſta nō potest ratio uincere. Consuetudo fortasse, & assida obſeruatio extenuat, alter ille motus qui iudicio nascitur, iudicio tollit. Illud etiam nūc quārendū est. Hi qui uulgo sciuunt, & sanguine humano gaudēt an iraſcantur, cum eos occidunt, a quibus nec acceperunt iniuriam, nec accepisse iſpos existimant, qualis fuit Apollodorus, aut Phalaris. Hac non est ira sed feritas. Non em̄ quia accepit iniuriā, nocet, sed parata est dum noceat, uelle accipere. Nec illi uerbera lacerationes in ultionem petunt, sed in uoluptatem. Quid ergo origo huiusmodi malitiae inhibita est, qua ubi frequenter exercitatione, & satietate in obliuione clementiae uenit, & omne fodus humanū eiecit animo, nouissime in crudelitātē transit, rident ita gaudentq̄, & uoluptate multa p̄fruuntur. Plurimūq̄ ab iratorū uultu absunt, p̄ oculū ſeu. Hannibile, aiunt, dixisse, cū ſoſlam ſanguine humano plenā uidiſſet. O formosum ſpectaculū. Quanto pulchrius illi uisum eſſet, ſi flumen aliquod lacūq̄ compleſſet. Quid mirum, ſi hoc maxime ſpectaculo caperis innatus ſanguini, & ab infante cadibus admotus, ſequatur te fortuna crudelitatis tua p̄ uiginti annos ſecūda, dabitq̄ oculis tuis gratum ubiq̄ ſpectaculū. Videbis iſtud & circa Trasimēnum & circa Cannas, & nouissime circa Carthaginem tuam. Volebis nuper ſub diuino Augusto procōſul Asiae cum. CCC. una die ſecuti p̄cuſiſſet, incedens intra cadauera uultu ſuperbo, quaſi maiſtū quiddam conſpicuēndū feciſſet, gracie plauauit. O rem regiam, quiſ hæc rex feciſſet. Non fuit hæc ira, ſed maius malum & inſanibile.

Quibus uirtus est Ira.

Virtus, inquit, ut honestis rebus p̄petia eſt, ita turpibus irata eſſe debet. Quid ſi dicatur uirtutem & humilem & magnā eſſe debere? At qui hæc dicit, qui illam exfolli uult & deprimi. Quoniam latitūdī ob recte factū, clara magnificā eſt, Ira ob alienum peccatū, ſordida & angusti pectoris eſt. Nec unq̄ cōmittet uirtus, ut uirtūdū dum compescit imitetur iſpla, Iram caſtigandam habet, qua nū hilo melior eſt. Sape etiā peior his delictis quibus iraſcitur. Gaudere letariq̄, p̄ prium & naturale uirtutis eſt. Iraſci non ex dignitate eius non magis q̄ merere. Atqui iracundia & tristitia comes eſt, & in homine omīis ira uel post penitentia, uel post repulſam reuoluitur. Et ſi sapientis eſt peccatis iraſci, magis iraſcetur majorib⁹, & ſepe iraſcetur, ſequitur, ut non tantum iratus ſit sapiens, ſed iracundus. Atqui ſi nec magnā iram, nec frequentē in animo sapientis locum habere credimus, quid eſt quare non ex toto hoc affectu illum liberemus? Modus em̄ eſſe non potest, ſi profecto cuiq̄ iraſcendum eſt. Nam aut iniquus eſt, ſi aequaliter iraſcetur delictis ineqūilibrib⁹, aut iraſcendimus ſi totiens excanduerit, quotiens iram scelerā meruerint. Et quid indignius q̄ sapientis affectum ex aliena pendere nequitia? Definet Socrates posse eundē uultum domū referre, quem domo extulerat. Atqui ſi iraſci sapiens debet turpiter faciſſet, & concitari con-

¶ Alī. cōmī
natiō.

fallit, ab ira eſt

¶ Alī. hanc

Heraclitus:
Democritus

nunc sine risu in publico fuisse. Adeo nihil illi videba serium eorum, quae serio geregantur. Vbi sit hic locus est. Aut ridenda omnia aut flenda sunt. Non irascit sapientia peccatis. Quare quia sicut nesci sapientem, sed fieri. Scit paucissimos omni aucto sapientes euadere, quia conditione humanae vita pspectam habet. Nemo autem natura sanus irascitur. Quid enim si mirari uelit non in sylvestribus dumis pomam pendere? quid si miretur spineta sentes? non utili aliqua fruge coplerit. Nemo irascit, ubi uitium natura defendit. Placidus itaque sapientia & aequus erroribus, non hostis, sed correttor peccantium. Hoc quotidianum procedit animo. Multi mihi occurserunt, uino dediti, multi libidinosi, multi ingrati, multruarci, multi furiosi ambitionis agitati. Omnia ista propositi aspiciet, & agros suos me dicunt. Nunquid ille, cuius nauigium, multam undique, laxatis compagibus, aqua trahit, nauis ipsius nauigio irascitur? Occurrunt potius & aliam excludit undam, deinde alia egerit, manifesta foramina praecludit. Latebris & ex occulto sentinam ducentibus labore continuo resistit, nec ideo intermitit, quia quantum exhaustum est, subnascitur. Lento adiutorio opus est contra mala continua & secunda. Non ut definant, sed ne uincant.

Vtilitates ira.

Vitis est, inquit, ira, quia contemptum effugit, quia malos terret. Primum ira si quantum minatur ualeat, ob hoc ipsum quia terribilis est, & iniusta est. Periculosis est autem timeri quam despici. Si uero sine uirtutibus est, magis exposta conceptum est, & derisum non effugit. Quid enim est iracundia in superuacuum tumultante frigidius? Deinde non ideo quodam quia terribilita, portiora sunt, nec hoc sapienti dici uelit, quod fere quoque telum, timeri. Quid non timeretur febris, podagra, ulcus malum? Nunquid ideo quicquid in ipsis boni est: aut contra omnia despacta & foeda & turpia ipsi quo timeret sunt? Ira per se deformis est & minime metuenda. At timeretur a pluribus sicut deformis persona ab infanticibus. Quod quid semper in auctores redundat timor, nec quispiam metuit ipsi securus? Occurrat hoc loco tibi Laberianus ille uersus, qui medio ciuii bello in theatro ductus, totum in se populu non aliter conuerit, quam si missa esset vox publici affectus. Necesse est multos timeat que multi timerent. Ita natura constituit, ut quod alie no meru magnus est, a suo non uacet. Leonis, inquit, pauida sunt strepitus ad leuisimous uacet pectora. Acerimas feras umbra vox & odor insolitus exigit, quicquid deterret, & trepidat. Non est ergo quare concupiscit quicquid sapienti timeri. Nec ideo ira magnus quidam putet, quia formidandum est. Quoniam quidam etiam contemptissima timenter, ut uenena, & ossa mortifera, & mortis. Nec est mirum, cum maximos ferarum greges linea pennis distincta continet, & ob infidis agat ab ipso affectu dicta formido. Vanis enim uana terrori sunt. Cur rictuli motus rotarum uerata facies, leonis rediget in caue. Elephanta porcina vox terret. Sic itaque ira metuit, quoniam umbra ab infanticibus, a feris rubens spina. Non ipsa in se quicquid habet firmum aut forte, sed uanos animos mouet. Nequitia, inquit, de rerum natura tollenda est, si uelis iram tollere. Neutrū autem potest fieri, primū potest aliquid non algere, quamvis ex rerum natura hyems sit, & non astuare, quamvis mens astuti sint. Aut loci beneficio aduersus intemperie anniti tutus est, aut pacientia corporis sensum utriusque puicit. Deinde de uerte iustus. Necesse est prius uirtute ex animo tollas quam iracundiam recipias, quoniam cum uirtutibus uirtus non coeunt. Nec magis quicquid eodem tempore, & iratus potest esse, & uir bonus, quam ager & fanus. Non potest, inquit, omnis ex animo ira tolli, nec hoc hominis natura patitur. Atque nihil est tam difficile & arduum, quod non humana mens uincat, & in familiariitate pducatur a similia meditatio. Nullusq; sunt tam feri & sui iuris affectus, ut non disciplina pdomenit. Quodcumque sibi imperauit animus obtinuit. Quidam ne unquam riderent consecuti sunt. Vino quidam, aliij Veneri, quidam omnium humore interdixere corpibus. Alius contentus breui somno, uigilia indefatigabile extendit, didicerunt tenuissimis & aduersis suis currere, & ingentia uixit, humanis tolerada, uiribus onera portare, & in imensam altitudinem mergi, ac sine uilla respicendi uice perpeti maria. Mille sunt alia, in quibus ptimaria impedimentum omne transcendit, ostenditque nihil esse difficile, cuius sibi ipsa mens patientia indicaret. Iftis quos pauloante retuli, aut nulla causa primac studij, aut indigna merces fuit. Quid em magnificum consequit ille, qui meditatus est per intenos funes ire, quam penetrare in imum mare, &

Porcilli vox
Elephantum
exterit.

mare, & tamen ad finem operis non magno auctoramento labor peruenit. Nos non ad uocabimus patientiam, quos tantum preium expectat, felicis animi immota triuallitas, quantum est effugere maximum malum iram, & cum illa rabies, sauitiam, crudelitatem, suorem, & alios comites affectus eius. Non est quod in patrocinio nobis, queramus etiam excusatam licentiam, dicentes, aut utile esse, aut ineuitabile. Cui enim tandem uitio aduocatus defuit: non est quod dicas excidi non posse. Sanabilibus agrotamus malis, ipsaq; nos in rectum genitos natura, si emendari uelimus, iurat. Nec ut quibuldam uisum est, arduum in uirtutes, & asperum iter est, plano adeun. Non uanæ nobis auctor rei uenit. Facilis est ad beatam uitam uia, uiuite modo bonis auspicijs, ipsaq; Diis bene iuvantibus. Multo difficultius est facere ista qua facit. Quid enim quiete ociosus animi, Quid ira laboriosus? Quid clementia remissius? Quid crudelitate negociosius? uacat pudicitia, libido occupatissima est. Omnipotens uirtutum tutela facilior est, uitia magno coluntur, debet ira remoueri. Hoc ex parte fatentur etiam qui dicunt esse minuendam, tota dimittatur, nihil profutura est, sine illa facilius, rectiusq; sceleris tollentur, mali punientur, & transducentur in melius. Omnia quae debet sapiens, sine ullius malae ministerio efficiet, Nihilque admiscerit, cuius causa domum sollicitus obseruet. Nunquid itaque iracundia admittenda est, aliquando simulanda, si segnes audienti animi coitandi sunt. Sicut tamen cōsurgententes ad cursum equos stimulis factibusq; subditis excitamus. Aliquando incurrunt, tiendus est his metus, apud quos ratio non proficit. Irasci quidem non magis utile est, quam merere, quam metuere. Quid ergo, non inuidunt causa, quae iram laceflant? Sed tunc maxime illi opponenda manus sunt, nec est difficile uincere animum. Cum Athletæ quoque in uillissima sua parte occupati, tamen isti doloresq; patiuntur, ut uires cedentis exhausti, nec cum ira suadet, feriunt, sed cum occasio. Pyrrhus maximus praeceptor certaminis gynici solitu, aiunt, his quos exercebat praecepere, ne irascerentur. Ira enim perturbat arte, & qua noceat, tantum apicit. Sæpe itaque patientiam inuidet, ira uindictam, & qui primis defungi malis putum, in maiora deuoluimur. Quosdam unius uesti cōtume lia, non aequo animo lata, in exilium proiecit, & qui leuem iniuriam silentio ferre noluerat, grauius malis obruti sunt, indignatio aliquid ex plenissima libertate diminuit, feruile in sele attraxerunt iugum. Ut scias, inquit, an ira habeat in se generosi aliquid, liberas uidebas gentes, quae iracundissimæ sunt, ut Germanos & Scythas. Quod evenit, quia fortiora solidaque natura ingenia, antequam disciplina moliantur, prona in iram sunt. Quædam non nisi melioribus innascuntur ingenij, sicut validi arbusti & lata, quævis neglecta tellus creat, & alia facundis soli sylua est. Itaque & ingenia natura fortia iracundiam ferunt. Ni hilque tenue & exile capiunt ignea & feruida, sed imperfectus ille uigor est, ut omnibus quae sine arte ipsius tantum natura bona exurgunt. Sed nisi cito domita sunt, quae fortitudini apta erant, audacia, temeritatemq; cōsuecant. Quid non mitioribus animis uitia leuiora coniuncta sunt, ut misericordia, amor, & uerectudia. Itaque tibi sæpe bonam in dolo malefici quoque suis ostendam, sed non ideo uitia non sunt, si natura melioribus indicia sunt. Deinde omnes ista feritate gentes, leonis, luporumque ritu, ut seruire non possunt, ita nec imperare. Non enim humani uim ingenij, sed feri & intractabilis habent. Nemo autem regere potest, nisi qui & regi. Fere itaque imperia penes eos fuere populos, qui militare calo utuntur. In frigore septentrionisq; uergentibus immalua ingenia sunt, ut ait poetæ. Suoq; simillima calo. Animalia, inquit, generosissima habent, quibus multum inest ira, errat qui ea in exemplum hominis adduxit, quibus pro ratione est impetus, homini pro impetu, ratio est. Sed nec illis quidem omnibus idem prodest. Iracundia leones adiutat, paucos feruos, ancipitrem impetus, columba fugia. Quid, quod ne illud quidem uerum est, optima animalia esse iracundissima. Feras ne putem, quibus ex ruptu alimenta sunt, meliores, quo iratores? Patientia laudauerim boum, & equorum frans sequentiis? Quid autem, cur hominem ad tam infelicia exempla reuoces, cum habeas mudi denique, deinceps, quæ ex omnibus animalibus ut solus imitetur, solus intelligit? Simplicissimi, inquit, omnium habent iracundia. Fraudulentis enim & uerutis coparant, & simplices uidentur, quia expositi sunt, quos quidem non simplices dixerim, sed incavtos, stultis, luxuriosis, ne potibusq; hoc nomine imponimus, & omnibus uitij parum callidis. Orator, inquit, iratus h. 2 aliquando

t. Afr. calcib.
busq;.

Pyritus.

Germani li-
beri.

Nemo bene
imperat, nisi
qui paruerit
imperio?